




SPECVLVM
ECCLESIASTICVM
HIERARCHICI ORDINIS.

NECESSITATEM, DIGNITATEM ac priamarias ECCLESIÆ PRIMATVM, *virtutes proponens.*

In quo ea ferè omnia quæ ad illius rationem, & integritatem pertinent, iuxtà Sanctorum Patrum, & Ecclesiæ Doctorum decreta continentur.

Authore IACOBO MATALI, *Burgundione Polignæo, Sacræ Thelogiæ Parisiensis facultatis Doctore.*






LVGDVNI,

Sumptibus Authoris, sed venundantur,

Apud BARTHOLOMÆVM VINCENTIVM.

M. DC. XXVI.



INTRODVCTIO, AC *totius huius operis præfatio.*

VT qui, pretiosis, ac magnificè extructis ædibus sinistro casu flammis iniectis, otiosi procul incendium spectát, nec iam cum possint, siue manu, siue consilio, extinguere tentant, crudeli spectaculo, & communi reipublicæ dáno, flagitiosè oblectantur: Ita pleróſque inclinata iam & infœlici hac ætate similes iis prorsus comperies, qui cœlesti ædificio, id est Ecclesia, ruinis ac scissuris, in fide sensim collabente, & vitiorum ardoribus deflagrante siccis oculis, nihil tot malis permoti consistant, cúmque,

ſub eodem quod ardet ac ruit te-
cto verſentur, in eadem naui ſint,
quæ periclitatur, eiuſdémque &
grauiter ægrotantis corporis par-
tes exiſtant, ipſi tamen nec aquam
comportare, nec remos agere, nec
denique vlla ope, aut herbarum vi
graſſantem morbum arcere conã-
tur. Sed proh dolor! quò magis
ægritudinis huius labes ac virus ſe
ſe diffundit, eò minus perſpecta &
explorata eſt eius vis ac natura: qui
fit, vt de opportuno & ſalutari re-
medio adhibendo, etiam apud
omnes artis huius peritiſſimos non
ita certò conſtare poſſit. Neque
enim iis imprimis aſſentior, qui fa-
to quodam, diuina pariter & hu-
mana metientes, ac ſicut in ple-
riſque aliis, ita in religionis nego-
tio viciſſitudinem collocantes,
tam diu hîc expectandum cẽſent,
donec

donec reuolutâ certa temporum periodo, diuturnam hanc tempestatem serenitas aliqua exceperit: Meliùs certè, qui luxu, & otio resolutis penè omnium animis, dum austerioris, & purioris vitæ obseruantia relaxatur, nec vtique ad nostram, & proximi vtilitatẽ, diuina & casta eloquia conuertimus: procurante id inimico homine, inductam in agrum Ecclesię & sparsam zizaniam arbitrantur: quæ longè latéque excrescens, sementem patris familias, ita loliis ac spinis vndique cõplecti, & suffocare videatur, vt iam seruis eius ac ministris, liberum non sit, sine grauiore aliqua electi seminis iactura, eradicare, sed tantum ne noua aut perniciosior inducatur diligentiùs præcauere. Enim-vero, vt horum consilium, non omnino re-

pudiandum censeo, ita nondum mali huius vltimam analyzin, in primam sui causam, & originem fecisse video: quocirca, cum iuxta Apostoli sententiam, instar humani ac viuentis corporis, multis ex partibus Ecclesia constet, & ordinetur, illi optimè omnium, meo iudicio, hac de re sentiunt ac loquuntur, qui non tam exteriorum, quàm interiorum & maximè vitalium partium, à quibus pro-vt affectæ sunt in reliquas, salutaris aut pestilens influxus deriuatur; rationem habendam esse volunt, ab iis totius ægritudinis radicem petendam esse, iis imprimis succurendum, & omninò prouidendum, vt saluum ac incolumem statum retineant: alioquin si hoc ordine prætermisso exterius quis medelá inferre velit, quasi qui frigidâ subin-
ductâ

ductâ ardētem febrim ſedare præſumit, quæ etſi aliqua ex parte ob id releuari videatur, interius tamē augeri magis, & ardeſcere apud omnes compertum ſit; ac veluti in militari exercitu, ſi qui ſingulis ordinibus præſunt, tantiſper turbantur aut metu conſiſtunt, milites omnes pauor & turbatio quatit; idem planè in Eccleſia accidere ſolet, ſi vel in fide, vel in moribus tantillùm vacillent ac deficiant, qui vt forma gregis facti, & cœleſtium duces caſtrorum à Deo ſunt conſtituti: Quamobrem, vt in manu Imperatoris victoriam ſitam eſſe, ab eóque meritò denominari ſapienter maiores noſtri pronunciarunt: Ita nunc, in Paſtoris conſilio, prudentiâ, integritate, animarum ſibi creditarum ſalutem reponere, iure poſſumus, ac debe-

mus; *Circuit quidem*, vt rectè monet Apoſtolorum princeps, 1. *Petr.* 5. *Aduerſarius noſter Diabolus, tanquam leo rugiens quærens quem deuoret*, & vnum prius aggreſſus, vt præclarè à beato 2.*lib*.1.*epiſt.ep*.1. Cypriano ſcriptũ legimus. Vt lupus ouem à grege, & accipiter columbam ab agmine volantium ſecernere tentat, nam cui non eſt aduerſus omnes ſatis virium circumuenire, (quærit ſolitudinem ſingulorum, ſed tamen ob hoc Eccleſiæ præpoſitum, ſua infeſtatione perſequetur, vt gubernatore ſublato, atrociùs atque violentiùs circa Eccleſiæ naufragia graſſetur:) quemadmodum, qui vult regnum aliquod euerſum eſſe, aut rempublicam, ipſum caput regni, ſiue Regem primò impetit, & adoritur, aut eos etiam, quorum prudentia, & conſilio, in rebus admini

administrandis vel conficiendis vtitur, subornare sibi in suásque partes pertrahere nititur:idem ille præstat,cui mille nocēdi artes, qui non trecentos solùm iuuenes vt Mutius ille Scæuola Romanus Eques comites habet ac designatos, vt Hetruscorum Regē Porcēnam per vices, & alternatim in medis castris obtruncet, sed innumeros planè nequitiæ suæ spiritus; & administros, qui id non semel, sed sæpius circa Episcopos & Hierarchici ordinis Principes, eorúmque fideliores ministros perficere conantur,parati toties fallaces dextras,vltricibus flammis cremandas subiicere, quoties à nefario proposito exciderint:tanto ille, & tam implacabili in genus nostrum feruet odio, vt se miseriis æternis cum Angelis suis addicto,

ſummoperè optet, cœlum terræ miſceri, & ipſam ſi fieri poſſit, de ſede ſua ac ſolio diuinitatem deturbari: quam vt inuidi animi rabiẽ expleat, & votis potiatur, neceſſitatem huius ordinis, ac dignitatem, falſa apud omnes criminatione percellit, & imminuit: vnitatem, cum veneranda antiquitate coniunctam, profanis nouitatibus ſcindit, & aliquando prętextu maioris pietatis, ac religionis obſcurat, & peruertit: officium ac laudabile miniſterium, ſine quo ſtare non poteſt animarum ſalus, morum corruptela, & eorum ſæpe qui præſunt imperitia, exoſum & contemptibile reddit, tum denique non modò in præſentiſſimum famæ, ac exiſtimationis diſcrimen adducit, ſed etiam debitæ ſuſtentationis graue damnum, & proprię

vitæ

vitæ periculum iis infert, qui ſeſe in eo munere totos Chriſto deuouerunt: quibus ob id inſidiis, & artibus detegendis, eludendíſque, viſum eſt è re Christiana eſſe, totidem argumentorum generibus, ex ſcripturæ ac Patrum officina, quaſi antidotis deſumptis, occurrere, vt qui iam decorè ac fructuosè, in hoc paſtorali ſtatu & officio verſantur, perſeuerãtius agant, diuinæ vocis Oraculo commoniti, *Dan.* 10. *Apoc.* 3. 1. *ad Cor.* 7. *Sta in gradu tuo, tene quod habes, ne alius accipiat coronam tuam, in ea qua vocatus es à Deo, vocatione permaneas*: Qui verò nondum ſuſceperunt, ad amplectendum magis alliciantur; & communi animarũ zelo, quo nullum Deo ſacrificium acceptius eſſe poteſt, incenſi, ad illud ritè & dignè obeũdum ſalutaribus præceptis informati, idoneos ſe

ſe ſe præſtent, & comparent. Scio quidem hæc olim à multis & grauiſſimis auctoribus, variis in locis in eũdem finem pertractata fuiſſe, ſed promiſcuè tamen, nec eo fortaſſis ordine, aut ad hæc tempora accommodatè, in quibus multa excogitauit hominum malitia quę prioribus fuerunt inaudita. Sed enim priuſquam de iis vlterius prouehatur oratio, duo mihi videntur eſſe præmittenda, primum, ſicut Medici eam corporis conſtitutionem, quam Græci: εὐκρασιὰν, ſiue συμμετρὸν κρᾶσιν. nuncupant, cogitatione potius niti & vſurpari, quàm ſolidè in natura ſubſiſtere credunt: Rethores, perfectum, & omnibus numeris abſolutum oratorē; Hyſtorici, Ducem, & Imperatorem: Legiſlatores Reipublicæ gubernatorem, longè optimum non

non tàm referunt, & commendant, quàm, qualis hic debuerit esse describunt, ac nobis proponunt: ita nunc dignum, & conuenientem animarum Præfectum pollicemur, non qui pro dignitate rei, onus hoc humeris etiã Angelicis formidandum sustineat, sed qui pro conditione humanæ sortis, diuinæ gratiæ præsidio, ea præstet, quæ regulariter à sanctis patribus & conciliis hac in parte exiguntur. Itáque sicut in vitiis, ita & in virtutibus, latitudo quædam graduum & intensio reperitur; vt nemo repente summus euadat, sed semper habeat, in quo proficiat. Alterum est, quoniam virtutum informatio, per detractionem vitiorum, fieri solet, egregij fictoris more, qui de ære, vel lapide paulatim demens,
&

& excolens, quod horridum prius erat & incultum, elegantem, ac venustam effingit statuam, nemini mirum videri, aut molestum esse debere, si in hac optimi Pastoris institutione ad detegendum ac detestandum etiam mercenarij, & impuri, vlcus ac peccatum, per occasionem sermo deflectat & conuertatur; siquidem impossibile est, vt quis hac in re, tanto temperamento agat, vt parem vtrínque gratiam inire ac trahere possit, ob ídque solatio & legitimę excusationi contra obtrectantes erit quod habet Poëta:

Hunc seruare modum nostri didicere libelli,
Parcere personis, dicere de vitiis.

Etenim vbi generalis disputatio fit de vitiis, ibi nullius personæ iniuria potest esse, nec quisquam acerbius reprehenditur quasi malus sit,

sed

ſed omnes admonentur, ne ſint mali. Neque verò mouet nos, quod ab aliis & imperitè obtruditur, cum de moribus agitur Eccleſiæ, non in publico, ac in ſcriptis, ſed in angulo, & ſecretiore hominum conuentu, quæſtionem, ac cenſuram habẽdam eſſe: hoc enim ſi detur, notandi ſunt & arguendi tot ſancti Doctores, qui non ſolum viua voce ad populum, ſed in libris ſuis, cum ipſius Cleri, nedum communis plebis inuidia, multas hac de re, & grauiſſimas querelas habuere: reprehendenda, tot ſancta, & œcumenica concilia, in quibus multiplex in fide, ac moribus lapſus corrigitur, & veræ probitatis & innocentiæ forma, ac regula quaſi in ſpeculo nobis offertur. Optandum quidem eſſet, vt id priuatim, & in occulto fieret, & Chriſti ſeruaretur

uaretur præceptum, *Si peccauerit in te frater tuus, vade, & corripe eum inter te, & ipſum ſolum*; Sed cùm iam ſit, per totum corpus diffuſum venenum, communis etiam adhibenda eſt, ac infundenda potio ac medicina: non ſecus, quàm ſi dum vehementior infeſtat peſtilentia, non id ſatis eſt, ſi quis eo infectus morbo, domi ſe contineat, ac de remedio cogitet, ſed publica etiam & canora, præconis voce opus eſt, ac quaſi in ſpecula conſtituti ne extranei & tantæ labis inſcij, propinquiore in eum locum acceſſu, noxium & lethalem hauriant ſpiritum.



SPECVLVM HIERARCHICI ORDINIS.

PRIMA PARS.

De origine, progreſſu, & forma huius ordinis.

Eccleſiæ regendæ formam monarchicam eſſe, idque conuenienter, pluribus tam in natura, quàm in gratia oſtendi poſſe.

CAPVT I.



RINCIPIO igitur, paulò altius repetita Hierarchici ordinis ratione, certum eſt imprimis, Deum infinita ſapientia, perfectiſſimam, & accommodatiſſimam regiminis formam, in Eccleſia

mum moritur, cætera omnia membra, vitæ influxum ac motum suscipiunt, adeò vt quiescente eius aut interrupto motu operationes omnes quiescant & sopiantur: clarius id elucet in singulis vitæ gradibus, siquidem in vegetatiuo potentiæ omnes ad procreatricem, in sensitiuo ad aspectum, in rationali, ad intellectum, vt nobiliorem referuntur: inter cœlos etiam, quibus hæc inferiora ambiuntur, supremum est aliquod, siue octaua sphera & firmamẽtum à Philosophis, siue à Theologis empireũ cœlum ac sedes beatorum nuncupetur: quin imò inter ipsos angelos, cœlestium orbium motores, & humana natura, sicut situ, ac motu, ita & intelligendi modo nobiliores, ordo etiam quidam dignitatis, & excellentiæ conspicitur, & in quolibet ordine, supræmus aliquis à quo reliqui inferiores perfectionem & illuminationem sortiuntur; & ne longior sim

in ipſa quoque infinita, ac ſummè ſimplici diuinitate, quæ cœlum & terram vndequaque coërcet, principium aliquod, ſiue ordinem originis, qua ſic vna diuina perſona, ab alia procedit, vt ſit illi tamen omnino æqualis noſtri obſeruarunt & aſſignarunt Theologi: vt non immerito, à quibuſdam etiam Ethnicis, Poëtis, & Philoſophis, vnitati affixa ſit diuinitas, [a] ad quam vnitatem haud dubiè alluſit Chriſtus, cum eam tam enixè & ardenter à patre cœleſti, Eccleſiæ ſponſæ deprecatur. [b] *Oro*, inquit, *pater vt quos dediſti mihi, vnum ſint inter ſe, ſicut & nos vnum ſumus*. Quod duobus potiſſimum in lege euangelica ſacramentis, præſignatur ac perficitur, ordine ſcilicet & Euchariſtia, quibus duplex à Chriſto collata Eccleſię poteſtas continetur: altera quidem ſuper corpus eius verum, in mutatione ſeu tranſſubſtantiatione panis in ipſum, ſacerdotali ore, ac verbo, altera ſuper

a *Muſeo, & Pitag. Iuſtinus in exhor. ad gentes.*

b *Ioan. 17.*

ſuper corpus eiuſdem myſticum, ligandi ac ſoluendi miniſterio: vtraque tamen ſymbolum eſt perfectæ vnitatis: Sicut enim in diuinis ſumma eſt conſenſio & nexus amoris, ita vt communi, & ab vtroque procedente viuifico Spiritu, diligant ſe Pater & Filius; ita & in humanis, fideles in hac ſynaxi & communione dominici corporis, arctiſſimo charitatis vinculo inter ſe colligantur, vt non ſit niſi vna anima in multis corporibus, ſeu membris potius eiuſdem corporis, quod eſt Eccleſia, vnico Spiritu Dei, Spiritu inquam veritatis, & amoris informata, ac animata; quo etiam ſpiritu viuificantur & informantur, qui idipſum ſapiunt ac intelligunt, & in quibus non ſunt ſchiſmata: vt rectè enim monet diuus Auguſtinus [c] Spiritus ſanctus, hoc agit in tota Eccleſia, quod agit anima in omnibus membris corporis, ſi præcidatur membrum aliquod, ma-

c *Sermo. 2. de pent.*

nus, pes, nunquid præciſum ſequitur anima? cum in corpore eſſet, viuebat, cum præciſum, amittit vitam, ſic & homo Chriſtianus, dum in corpore, viuit, præciſus eſt, hæreticus factus eſt, membrum amputatur, non ſequitur ſpiritus ſanctus; Itaque ſicut olim initio florentis Eccleſiæ [d] *credentium erat cor vnum, & anima vna* ita & nunc quoque debet eſſe, ſi anima vna, idem quoque intelligere & velle, hæc enim ſe ſe mutuò conſequuntur: rationem verò reddit ſcriptura, quia perſeuerabant quotidie, in fractione panis, adeò vt hoc ſacramentum non tantùm ſignum ſit ſed etiam cauſa vnitatis: ſignum inquam ac ſymbolum, ſi ſpeciem externam ſpectes. [e] Sicut enim ex multis vuis ac botris vinum confluit, ex multis tritici granis panis conficitur, ita ex multis fidelibus, quantumuis populo, lingua, natione, ſexu, conditione diſparatis, conſurgit & adunatur

d *Act.* 4.

e *Cypria. l.* 1. *epi.* 6.

Eccle

Ecclesia: in eo prorsus capiti suo, id est, Christo similis, in quo tres naturæ, diuinitas, caro, & anima, inter se multum diuersæ, in vnitatem coalescunt personæ; nam & ad hoc venerat in mundum, [f] *vt filios Dei qui dispersi erant, congregaret in vnum.* Sed de his satis; consequens est, vt in altero sacramento, id esse ac reperiri demonstremus. Quemadmodum igitur, in republica rectè instituta, diuersi gradus, dignitates, ac ministeria, in bonum Principis ac ciuium ordinantur, ita & in Ecclesia non tantùm duo ordines, simpliciter existũt, clericorum nempe, & laicorum sed etiam inter clericos ipsos ac in Dei sortem specialiter electos, non vnus & idem est, diuinis obsequiis inseruiendi modus præfinitus: sed à minoribus ad maiora, paulatim fit ascensus, donec in ipso sacerdotio, supremum quis ordinis apicem consequatur & potestatem; quæ rursus, li-

[f] Ioan. 11.

cet in omnibus ſacerdotibus quò ad aliquem effectum, & vim conſecrationis ſit æqualis, ac vniformis; maior tamen eſt in Epiſcopo: maior adhuc in Archiepiſcopo: ſumma denique in ſummo Pontifice, ſi tàm interioris qua ligantur aut ſoluuntur animæ, quàm exterioris qua fideles cenſuris coërcentur, vel liberãtur à quorumdam obligatione, iuriſdictionis ratio habeatur. Quamobrem ſicut ex diuerſitate organorum in corpore, Philoſophi diuerſas facultates, vnam tamẽ animam & formam collegerunt, cum nihil fruſtra moliatur natura: ita ex diuerſis gradibus, & ordinibus, diuerſa miniſteria, ſibi tamẽ ſubordinata, in ordine ad vnum, ac ſupremum aliquem, Theologi conuenienter deduxerunt: omnis quippe ordo, & plurimum partium adunatio, nõ niſi habitudine ad aliquod vnum intelligitur. Quapropter quia hæretici omnes, inter ſe ſunt diuiſi,

(neque

(neque enim diu eorum adulterinũ dogma, consistere, aut mendacium cohærere potest.) Vtrumque hoc sacramentum, quo Ecclesiæ vnitas demonstratur, summis viribus imppugnarunt; dum in altero nudum signum, sine reali præsentia corporis Christi, in altero nudum ministeriũ, sine potestate ac iurisdictione constituunt: ad hoc solum inter se vniti & cohærentes, vt Sansonis vulpecularum more, caudis tantùm alligati, id est, sensibus humanis, ac littera occidente, messem exurant Ecclesiæ, & vineam Domini, eiusque frugiferas arbores pulcherrimè, & in quincuncem ordinem digestas, fœdè conuellant ac demoliantur: in quo se extorres, ac degeneres à Christi corpore, tãquam putridos humores esse contestantur: *Omnis enim spiritus*, inquit, beatus Ioãnes.[g] *Qui soluit Iesum ex Deo non est Antichristus est.* Soluunt au- [g] Ioa. ca. 4.

tem, qui vnitatem tollunt, & confusionem inducunt.

Hanc Ecclesiæ regendæ potestatem, ac iurisdictionem, penes, vnum aliquem, in ordine tamen ad Christum, semper extitisse, in omni statu ac lege.

CAPVT II.


Ed iis omissis, liquidò constat ex scriptura, hanc potestatem, vt ab vno Christo profectá, ita non nisi in summo vno Pastore, ac Principe in omni lege ac statu, sedem & locum habuisse, à quo proinde, in omnes, licet in gradu inæquali defluxerit, non enim repugnat in moralibus, & gratiæ mysteriis, effectum aliquo pacto, & in intentione, causam antecedere, atque adeò per Christũ venturum

turum, nedum in lege Moyſis, ſed ante legem etiam, homines ſalutem conſequutos eſſe: illuſtris eſt autem imprimis, & pro omnibus aliis, efficax locus ille Ioannis, in quo Chriſtus, Apoſtolis Spiritum ſanctum exhibet, & poteſtatem confert remittendi, ac retinendi peccata, & vnde illam habeat exprimit:[a] *Sicut miſit me*, [a] *Ioan.* 20.
inquit, *pater, & ego mitto vos*, quemadmodum igitur, vitam ſpiritalem, quam in ſacramẽto altaris nobis impartitur, ad patrem refert dicens.[b] *Si-* [b] *Ioan.* 6.
cut miſit me viuens pater, & ego viuo propter patrem, & qui manducat me ipſe viuet propter me, ita, & poteſtatem ſuã ac doctrinam, ad eumdem pertinere palam confitetur.[c] *Mea doctrina non* [c] *Ioan.* 7.
eſt mea ſed eius qui miſit me patris: Itaque ſicut ſacramentum hoc conficiendi, & ſacrificium offerendi ius ac poteſtas, ex Chriſti Deíque inſtitutione, penes ſolos extat ſacerdotes, à quibus reliqui omnes accipere debent,

bent, ita plane ſolis Apoſtolis, eiuſque ſucceſſoribus, id eſt, Epiſcopis, & per eos aliis, hæc iuriſdictionis poteſtas tradita eſt: vni tamen, præ cæteris Apoſtolis, diuo Petro ſcilicet, peculiarem fecit, dum ſe [d] ſuper eius fidei confeſſionem, tanquam firmam petram Eccleſiam ſuam ædificare, eique claues regni cœlorum tradere, id eſt, ſummam ſoluendi ac ligandi poteſtatem profitetur: quamuis enim initio Eccleſiæ neceſſarium fuerit ad fidem celerius, & facilius diſſeminandam, vt Apoſtolis tanquàm primis prædicatoribus, ſumma à Chriſto poteſtas, & libertas concederetur, cùm ipſe quantum ſatis erat, ad vnitatem ſignificandam, poteſtatem haberet excellentiæ in omnia myſteria gratiæ: iis tamen extinctis in ſolo Petri ſucceſſore, Apoſtolica & ſumma remanſit auctoritas: nullus enim Epiſcopus præter Romanum ſollicitudinem vnquam habuit vniuerſarum

d *Matt.* 16.

Eccle

Eccleſiarum; qui propterea ab omnibus vocatus eſt Apoſtolicus Princeps,& ſedes eius Apoſtolica, ac munus eius Apoſtolatus, vt à multis patribus [e] obſeruatum fuit. Inter beatos igitur Apoſtolos diſcretio quædam fuit poteſtatis, vt licet omnes eſſent Apoſtoli, Petro tamen à Chriſto conceſſum eſt, & ipſi inter ſe idipſum voluerũt, vt reliquis omnibus præeſſet Apoſtolis, ac Principatum teneret Apoſtolatus: [hoc vtiq; erãt, vt ſcribit diuus Cyprianus, [f] cæteri Apoſtoli, quod Petrus fuit, pari conſortio præditi honoris, & poteſtatis, ſed exordium ab vnitate proficiſcitur, id eſt, ab vno Petro, vt Eccleſia vna mõſtretur.] Itaque Romana Eccleſia aliis impartita fuiſſe dicitur, vt in partem vocatæ ſint ſollicitudinis, non tamen in plenitudinem poteſtatis: quamobrẽ rectè Leo Papa: [g] mirabile, inquit, Petro conſortium ſuæ poteſtatis tribuit diuina dignatio,

quæ

e *Iero.ep.2. ad Damas. Aug. epiſt. 162. Bern.l.2. de conſider. ad Euge.*

f *Lib. de ſimpli. cleric.*

g *Sermo.3. ordin.ſua.*

quæ nunquam, nisi per illum, dedit quidquid aliis non negauit: & hoc est, quod loquitur Cyprianus.[h] [cæteras Ecclesias à Romana, originem & vnitatem pariter habuisse, ad eamque velut riuulos ad fontem, ramos ad radicem, radios ad Solem, reduci opportere:] habet igitur Ecclesia vnitatem in Deo, habet in Christo, habet & in Petro, eiusque successore, diuersa tamen ratione ac similitudine; sicut namque primus orbis cœlestis ad omnes motus inferiorum corporum concurrit immediatione virtutis, non autẽ suppositi, cùm plures sint intermedij, ita & hæc potestas à Christo immediatè ad Episcopos omnes, & eorum successores, influxu gratiæ deriuatur, per Petrum tamen, & Apostolos, quibus illi tanquam patribus filij successerunt Principes constituti super omnem terram: in quo perfectè assimilatur militans Ecclesia triumphanti, in qua teste sancto

h *Supra.*

ĉto Dionyſio [i] [radij diuinitatis ab ipſo Deo immediatè, in ſuperiores creaturas, & inde ad inferiores perueniunt.] Iam verò in lege ſcripta & Moyſis, eadem vnitas capitis perſpicuè declaratur: quid enim eſt quod Moyſi conceſſit Deus? vt quoſdam ipſe eligeret ſecum ad populum gubernandum ſimulque addidit: [k] *Auferam de ſpiritu tuo tradamque eis vt ſuſtentent tecum onus populi*, potuit enim immediatè impartiri ſine vlla dependentia à ſpiritu Moyſis, noluit tamẽ, niſi auferẽdo de ſpiritu eius. Quamuis etiam plures eſſent Sacerdotes Leuitici, ac plures alij, tabernaculi Moſayci, ſeu templi miniſtri, vnus tamen aliis præerat: nam vt Deus vnus totius Leuitici Sacerdotij author agnoſceretur, ita illum ordinem ſanciuit vt Aaron, & poſteum maximus natu filius, Pontifex crearetur: in quo præterea, à cæteris ſacerdotibus maximè differebat, quod ſolus ſanctuarium

i *Cap.6. l. de cœleſt. Hierarch.*

k *Num.* 11.

rium, & ſemel in anno ingrederetur, ac ſpeciali amictu, ornatuque corporis ab aliis diſcerneretur. In lege quoque naturæ, ad primogenitos redibat ius ſacerdotij, & rurſus ad Patriarchas, ius congregandæ Eccleſiæ deferebatur, & vſque ad primum vnum caput: ſicut igitur Moyſem ſynagogæ ſui temporis, ſic & Adamum Eccleſiæ, ante legem caput debemus conſtituere: cum enim Eccleſiæ fundamentum, ſeu forma potius ſit ipſa fides, vbi incepit fides, ibi & Eccleſia: ergo & in Adamo: vt nihil de angelis dicam, in quibus etiam fuit: propterea dicimur [*fundati ſupra fundamētum Apoſtolorum & Prophetarum*: [l] fuit autem Adamus ipſe Prophetat, qui de Eccleſiæ ſtatu primus prophetauit, [m] *hoc os de oßibus meis*, *& caro de carne mea*, quique per viuam fidem quam habuit in vēturum redemptorem, ſalutem à delicto cōſecutus eſt: nam quod alij. [n] Abelem iuſtum; primum

l *Epiſt.ad Eph.cap.2.*

m *Gen. 2.*

n *Arboreus.l.5. theoſoph.*

primum Eccleſiæ caput conſtituunt,
ob id fit, quod primus Martyr, ſan-
guinis ſui effuſione, & oblationibus
ac donis, Deo ſincero affectu & de-
uotione conſecratis, fidem ipſi pro-
teſtatus ſit: quoniam enim ex animo
& corpore conſtamus, ratio diuini
cultus exigit, vt hic, vtraque parte &
viſibili aliquo etiam ſigno exhibea-
tur; quo videlicet, viſibilis Eccleſiæ
membra, ab aliis omnibus diſtingue-
rentur: vt enim rectè ab Auguſtino
ſcriptum eſt, [° in nullum nomen re- *o Lib. 19.*
ligionis, ſiue verum, ſiue falſum, poſ- *cōtra fauſt. c.1.*
ſunt coadunari homines, niſi aliquo
ſignaculorum, vel ſacramentorum
conſortio colligantur:] ac ſicut, per
religionem, humana mens, quæ ex
ſe alioquin fluctuat, in omnem par-
tem, cum Deo religatur, ita homi-
nes, per externam ſacramentorum &
ſacrificiorum profeſſionem, inter ſe
coniunguntur, & in vnam veluti ſo-
cietatem coaleſcunt. Ex quibus in-

ferre possumus, sicut in lege naturæ varia erant, & indeterminata sacrificia, quibus ad expiationem peccatorum vtebantur homines: in lege vero scripta, certa & determinata, etiam quoad speciales, ac legales cæremonias; in lege denique ac statu gratiæ, numero pautiora, sed multò perfectiora, ita vt sicut loquitur diuus Paulus [p] *vnico sacrificio & oblatione, Christus consummauit omnia*, sic omnino certum est, eandem fidem, ab Adamo ad nos vsque; quoad substantiam integram peruenisse, licèt in lege naturæ paulò contractior, ac minus explicita, in lege scripta magis explicita, nunc demum in Christo & Apostolis perfectissima, eadem tamen prorsus, ac simplicissima permanserit: Quamobrem, sicut idem sol numero, propinquiore vel remotiore ad nos accessu, hyemen distinguit ab æstate, autumnum à vere, ita nunc, idem est Christus & Sol iustitiæ illuminans

p *Hebr. 10. cap. 10.*

minans per fidem., licet pro gratuita benignitate magis vel minus, hoc vel illo tempore; vt ſit vnus Deus, vna fides, vnus Dei, & hominum mediator Chriſtus, ac vnus, licet variis rationibus diſcretus, illum conſequendi modus.

Hoc Eccleſiæ caput, viſibile eſſe, ad eumque pertinere, de omnibus dubiis vltimo definire, nec ad id ſcripturā ſacram ſufficere.

CAPVT III.




EVE autem eſt, quod hîc, à ſectariis obiicitur, ex his conſequi, vnum in terris Eccleſiæ viſibile caput minimè conſtituendum eſſe, cum Chriſtus etiam in cœlo nūc exiſtens ad hoc ſufficiat, nec id ſine graui eius honoris imminutione, ac detrimento admitti poſ-

ſit : quaſi verò incongruum ſit, in iis quæ inter ſe ſubordinantur, & in corpore metaphorico, cuiuſmodi eſt Eccleſia, plura capita, ſibi tamen ſubalternata concipere, ſicut in exercitu, multos duces, ad vnum aliquem ſupremum imperatorem, in ſcientiis multa, & diuerſa principia, ad quædam prima ac immediata; & in qualibet republica, multos patres familias, ad vnum tandem Principem referri videmus; quod ſatis innuit diuus Paulus, [a] *Vir*, inquit, *caput eſt mulieris ſicut & Chriſtus Eccleſiæ*, idem tamen fatetur caput Chriſti Deum eſſe, nec ob id quidquam detrahitur honori diuino, quod Chriſtus caput ſit Eccleſiæ, nec igitur Chriſti honor aut poteſtas minuetur, ſi ei viſibile caput in terris ſubſternamus : quemadmodum nec viri in vxorem auctoritas tollitur, quod vtriuſque caput ſit Chriſtus, quatenus

[a] *Ad Cor.* 11.

nus eius membra sunt Ecclesiæ, sed perficitur magis & illustratur, nam hoc Sacramentum matrimonij vt idem explicat, magnum est in Christo, & Ecclesia, in quo matrimonij leges & conditiones perfectissimè exprimuntur. Nam corporis sui propriam substantia nobis confert, & vnit, amorem & gratiam præbet, & gloriam communẽ facit. Cum itaq; in capite humano, tria spectentur [b] ordo respectu situs ac supremi loci: perfectio, vtpote in quo maximè relucent omnes census, virtus denique, per quam in reliqua membra motus defertur eadem propemodum, Christo respectu Ecclesiæ conueniunt: nam primus est omnium prædestinatorum, imò nostræ prædestinationis exemplar & forma: plenitudinem habet gratiæ, & maximæ est virtutis, quam in omnes abundè influit, cùm singuli ab eo gratiæ dona suscipiant, idque non

b D.Tho.3. q.8.art.1.



ſolum diuinitatis ratione, ſed qua parte etiam homo eſt: habet igitur Eccleſia homogeneum & ſibi ſimilimum caput, & ideo viſibile: decuit igitur, vt Chriſto à nobis, per aſcenſionem in cœlum ſublato, aliquod aliud ab eo ſubſtitueretur & relinqueretur viſibile caput, ne Eccleſia ex viſibilibus membris, & inuiſibili capite monſtruosè conflaretur: ſed & id neceſſarium omnino fuiſſe ad optimam eius gubernationem, ex verbis Chriſti demonſtratiuè conſtat. [c] *Si peccauerit in te frater tuus, corripe eum, inter te & ipſum ſolum, ſi autē non audierit, dic Eccleſiæ: ſi autem Eccleſiam non audierit, &c.* Qua autem ratione audire Eccleſiam, & dicere Eccleſiæ, conuenire poteſt cum eo quod eſt eſſe inuiſibile ſiquidem nomine Eccleſiæ Epiſcopos ac Prælatos eiuſdem intellexit, porrò Epiſcopi ad Archiepiſcopum, Archiepiſcopus ad vnum ſummum Pontificem,

c *Matt.* 18.

tificem, ordinem & relationem dicunt, ad quem vltimatum iudicium pertinet, ſupremáque iuriſdictio: ſicut ciuitatis nomine, optimates, & in ea dignitatem obtinentes, frequenter comprehenduntur; inter quos aliquis ſemper exiſtit præcipuè ſummus & excellens; Quod autem inferunt fidei nouatores, ſcripturam ſacram vt facillimam, ita optimam ac ſolam eſſe, dubiorum omnium & controuerſiarum interpretem ac iudicem, tantum abeſt vt cum ipſa ratione vt ne quidem cum eadem ſcriptura cohereat, nam hæc, vt teſtatur diuus Gregorius. [d] [Omnes alias locutiones ſuo more tranſcendit, quæ dum narrat geſtum pandit myſterium] & Hieronymus de Apocalypſi loquens [e] [in ſingulis inquit, verbis multiplices latent intelligentiæ.:] quid? quòd olim ante trigeſimum

d *Mora.* 10. *c.* 5.

e *In prolog. bibl.*

ætatis annum, nulli Iudæorum, primum caput Geneſeos fas & permiſſum fuit legere, ex communi Rabinorum traditione? Diuus Petrus
f 1. Petr. 3. certè fatetur f in Pauli Epiſtolis *quædam eſſe intellectu difficilia quæ indocti & inſtabiles deprauant ſicut & cæteras ſcripturas ad ſuam perditionem:*
g Luc 24. propterea Chriſtus g poſt reſurrectionem dicitur Apoſtolis *ſenſum aperuiſſe vt intelligerent ſcripturas*; quæ
h Lib 12. de trinit. vt rectè obſeruauit diuus Hilarius h [non alio ſpiritu quam quo æditæ ſunt ſcripturæ intelligi poſſunt, diuino ſcilicet, non humano, publico, non priuato, cui ſubeſt error ac mendacium: vnde non vni alicui priuato, Chriſtus Spiritum ſanctum, ſed toti Eccleſiæ & communitati fidelium promiſit & exhibuit; quæ ob id, *columna vocatur & firmamentum veritatis*; quamobrem, vt ſcri-
i Act. 15. ptum eſt, i cum incidiſſet quæſtio de

ceſſa

ceſſatione legaliũ: Antiocheni Chriſtiani non tantùm ad ſcripturas confugerunt ſed ad Seniores, & Apoſtolos qui ſe viuos iudices quæſtionis illius & controuerſiæ pronunciarunt dicentes; Viſum eſt Spiritui ſancto & nobis: ſed quòd amplius eſt teſtatur diuus Paulus [k] ſe aſcendiſſe Hieroſolymam vt Euangelium ſuum cùm Apoſtolis conferret, quaſi fateretur, vt obſeruat Tertulianus,[l] & Hieronymus[m] non poſſe in Eccleſia authoritatem obtinere niſi per ipſos viuos & Apoſtolicos iudices approbatum eſſet. Huc etiam pertinebat Moyſis cathedra, quàm tanti facit Chriſtus[n] vt in omnibus moneat ei adhærendum eſſe oportet igitur aliquem, vel aliquos publicos, diuinæ legis, quæ ſeipſam explicare non poteſt, interpretes ac iudices conſtitui: nam ſi id in legibus ciuilibus & in quibuſuis

k *Ad Gal.* 6.
l 4. *Contra Marcio.*
m *Epiſt.* 11.
n *Mat.* 23.

ſcientiis locum habet, propter difficultatem, ac periculum errandi, quantò magis in Eccleſia & re tanti momenti? alioquin conſequens erit, vt rectè monet Auguſtinus [o] [vt de medio tollatur diuina omnis authoritas, & vnuſquiſq; probet quod ſibi placet, & reprobet quod ſibi diſplicet.] Hinc factum eſt, vt nulla ſit hæreſis, quæ ad ſui probationem non vtatur aliquibus ſcripturæ teſtimoniis, (neque enim inquit, Tertullianus, [p] [hæreſes eſſe poſſent, niſi perperam ſcripturæ intelligerentur] quibus etiam ad homines decipiendos dæmones vti docet Origenes. [q] In eum igitur finem Chriſtus [r] in Eccleſia quoſdam dedit Paſtores ac Doctores: nam ridiculum planè eſt, quod aduerſarij reſpondent, ſatis eſſe ad ſalutem vnicuique, credere res reuelatas in eo ſenſu quem ipſi dictat Spiritus Sanctus, ſic enim quilibet in ſua hæreſi, contra

o *Lib. 22. cõtra fauſt. c. 19.*

p *Lib. de reſur. carnis.*

q *Hom. 31. in Luc.*

r *Ad Eph. 4.*

tra ipſam etiam ſcripturam quæ docet [s] *Hæreſes eſſe oportere vt electi ſalui fiant*: Salutem conſequi poſſet: nec ad eam proinde fides vna neceſſaria eſſet, ſed varia ac multiplex pro cuiuſque deliramento, & falſa imaginatione illuſtrantis ſe Spiritus ſancti: qua ratione enim quis ſcire poteſt, habere ſe Spiritum ſanctum, vel ſibi hoc à Spiritu ſancto reuelari? an per Spiritum ac iudicium priuatum, minimè, teſtimonium ſiquidem vnius, non eſt verum, nec cuiquam de ſe affirmanti temerè ac citò credendum eſt, per publicum igitur & communem ſpiritum conſtabit nobis: at hic non eſt niſi reſpectu multorum, & alicuius Eccleſiæ, non cuiuſlibet tamen ſed vnius tantum; ac legitimæ, ſiquidem non niſi vnica veritas & Eccleſia poteſt eſſe: quibus autem argumentis ac notis dignoſcetur, quod continuata & non interrupta à tempore Apoſtolorum, Paſtorum in eadem

s 1. *ad Cor.* 11.

dem successio, summa rerum fidei consensio, & cum naturali lumine ac bonis moribus conuenientia, non enim contra naturam sunt, sed præter eam tantum, quæ religio docet Christiana, miracula ædita, ac signa, in testimonium veræ doctrinæ, puritas vitæ, & innocentia, non sicut ex errore intellectus, deordinatio in voluntate, ita ex morum corruptela, cæcitas in mente generatur; prophetia, ac rerum occultarum reuelatio, gratia sanitatum, & similia huiusmodi, quæ omnia ac singula, in nulla planè præterquam in nostra Ecclesia reperiri possunt, vt omnino & euidenter credibile sit hanc solam esse quam possederit sibi Deus ab initio congregationem. Sin autem dicant ipsi, satis esse ad salutem, & ad interprætandam scripturam, si quis existimet ac persuadeat sibi, se habere hunc illustrantem Spiritum

tum

tum ſanctum proprio ſe iugulant gladio, nan vmbram pro veritate, opinionem pro ſcientia, conſcectantur contra ipſammet ſcripturam ſacram quæ ſæpe definit fidem noſtram, quauis demonſtratione naturali multò certiorem eſſe; vt non immeritò dixerit Auguſtinus, [t] [facilius dubitarem, me viuere, quam non eſſe veritatem quam audiui.] Sed nec habere, aut poſſe credere ſe habere ſectarios Spiritum ſanctum Doctorem ac magiſtrum, manifeſtè ex eo conuincitur, quod ſibi ipſi non ſit contrarius Spiritus Dei, neque contradicentia loquatur, ij autem in multis ſibi diſſentiunt: non eſt igitur fides quæ in vno quoque eſt à Spiritu ſancto, ſed quæ in multis collectiuè: [vnde vt notat Hilarius, [u] hæretici fidem veram dum ſibi aduerſantur confirmant] & Auguſtinus de Donato

t *lib. 2. conf. cap. 10.*

u *lib. 7. de Trinit.*

Donato Hæresiarcha loquens, [x] [Sicut inquit Christum diuidere conatus est, ita à suis quotidiana diuisione consciditur] manet igitur, in Ecclesia semper visibile aliquod, caput in ordine tamen ad Christum extitisse.

x de agone Christiano cap. 29.

Non statim, sed successiuè ordines in Ecclesia institutos esse, & quia inter se. analogia distinguantur.

CAPVT IV.



NIM verò, cùm Ecclesia auroræ similis progrediatur, [a] [singulæ res, in ea, vt pulchre obseruauit Epiphanius, [b] non omnia ab initio habuerunt, sed progressu temporis, ea quæ ad necessariam perfectionem requiruntur, parabantur, & quidem Moyses inquit mittitur

a Cant. 6.

b l. 3. contra hæres. 57.

mittitur in Egyptum in virga ſola; à Deo, autem miſſus, cum proficiſceretur in Egyptum, additur ipſi in auxilium Aaron frater ipſius, deinde poſtquam fratri commiſſionem dediſſet congregatus eſt apud ipſum ſenatus & principes populi illius temporis, & poſt hoc corroborato opere vocat ipſum in montem, dat autem ipſi plicas, ſiue tabulas mandatorum & oſtendit ipſi vt conſtruat tabernaculum, & præficiat Principes, Decuriones Quinquagenarios, Centuriones, & Tribunos militũ & vides, inquit, quomodo res ampliatur] eodẽ plane modo, Chriſtus ſibi elegit primò duodecim Apoſtolos tanquam orbis Senatores, ac Iudices: præſignatos per duodecim filios Iſrael: duodecim fontes aquarum in helin; duodecim lapides pretioſos in veſte Aaronis: duodecim lapides inſectos in altari, ac ſumptos de torrente Iordanis; duodecim panes propoſitionis; duode

duodecim ſtellas in corona mulieris: duodecim portas angulos & fundamenta nouæ ciuitatis; duodecim horas diei; duodecim menſes anni; duodecim ſigna cœli: ac duodecim fructus ligni vitæ: quod more ſuo in tela Palladis his verſibus olim ceciniſſe videtur Poëta [c]:

c Ouid. b Metam.

—— ſcopulum Mauortis in arce
Pingit, & antiquam terræ de nomine litem:
Bis ſex cæleſtes medio Ioue, ſedibus altis,
Auguſta grauitate ſedent, ſua quemq; Deorum
Inſcribit facies, Iouis eſt regalis imago.

Poſtea vero, creſcente fidelium multitudine, deſignauit Chriſtus & alios ſeptuaginta duos diſcipulos, tanquam operarios in meſſem multam, figuratos per ſeptuaginta palmas in Helim: tum demum opera perfectionis & conſilij induxit, prænunciata per Heliam, Ioannem Baptiſtam, & alios purioris vitæ ac inſtituti homines; quæ nunc in iis exhibentur, qui ſe religionis alicuius arctioris vinculo

lo conſtringunt, & totos Chriſto in obſequium deuouerunt in conſummationem corporis eius quod eſt Eccleſia, ac regina illa aſtans à dextris in veſtitu deaurato, id eſt, charitate, ſed quæ circũdata eſt varietate: nam vt ea magnopere delectatur natura, ac medij & ex aliis conſtituti colores iucundiores ſunt primis ac ſimplicibus, ita in ordine gratiæ, ex hac multiplici ordinũ varietate, ſumma elucet in operibus Dei venuſtas ac pulchritudo: Quamobrẽ ſicut variis figuris ac gemmis aptè diſtincta veſtis intuentium in ſe oculos grata quadam ſuauitate capit ac retinet, ita & hæc inconſutilis Chriſti tunica nunc rutilo Martyrum purpurata ſanguine, modò, flagranti Virginum lilio ac puriſſimo ſplendens cãdore, ſacræ denique ac vernantis Doctorum & Paſtorum ſcientiæ nitens & illuſtrata ſplendore, diuino conſpectui multò gratior obuerſatur: & ex his quidem

quos ante dixi ordinibus, tota consurgit & conflatur Ecclesia: nam si qui alij sunt ad hos facilè reduci possunt. Itaque sicut in exercitu quidam cùm imperio præsunt, & ad pugnam cæteros adhortantur, & pugnant ipsi, etiam accepto ad hoc à Rege stipendio; alij verò non tam ex iustitia, & obligatione, vel vt conductitij milites, quam ex liberalitate quadam & vt copiæ auxiliares præliantibus opportunè adsunt: aliis verò tantum competit vt dimicent, & Imperatoris iussa exequantur, ita tamen vt communem finem nempè victoriam propositam habeant, nec vnus alterius ordinem & officium turbet aut præripiat: eâdem fere analogiâ summus Pontifex qui Christo, Archiepiscopi & Episcopi, qui Apostolis, Parrochi & minores Prælati, qui septuaginta duobus discipulis successerunt, primum tenent locum; secundũ vero Religiosi, & si quæ sunt colle-

gia

gia veluti ſpiritales militiæ ad eorum exemplar inſtituta; in tertiò verò conſiſtit tota & communis plebs fidelium, quocumque illa officio, dignitate, ſexu aut conditione cenſeatur, modò à clericis diſtinguatur, adeò vt clericorum nomine, eos omnes qui ſpiritaliter præſunt, aut apti ſunt præeſſe, laicorum verò qui tãtum ad parendum deſtinantur comprehendamus: licet Reges in ſuo ordine colamus & veneremur vt præcellentes Dei Imagines. Quidã verò paulò altius, ex ſimilitudine Angelorum hanc graduum diuerſitatem collegerunt, ſiquidem triplex in illis reperitur Hierarchia, quoad exercitiũ attinet actuũ Hierarchicorũ, qui ſunt purgare, illuminare ac perficere, ita vt tres primi ordines Hierchiſant, medij Hierarchiſant; & Hierarchiſantur, tres infimi Hierarchiſantur nec tamen Hierarchiſant: Papalis igitur authoritas primos imitatur,

d *Gerſon de poteſt Ecc. conſ. 9.*

Archiepiſcopalis & Epiſcopalis , & qui ab ea delegantur inferiores miniſtri, medios ſequitur; infimos denique populus ac ſimplices religioſi qui nullo ordine aut iuriſdictione clericali ſunt inſigniti. Breuius id & ſimplicius explicari poteſt, in corporibus lucidis quædam enim ſunt ipſius luminis fons & origo, vt ſol, quędam verò ſuſceptam lucē aliis communicant, quædam denique illuminantur quidem, nec tamen amplius illuminant, ſed in ipſis omnino lumen deficit. Huiuſmodi ordines, ſignificari vult Auguſtinus [e] triplici hominum genere, quos commemorauit Chriſtus. [f] *Duo erunt in agro duo in lecto & duo molentes*, qui enim in agro, Prælatos in vinea Domini laborantes; qui in lecto Religioſos, quieti & contemplationi deditos; qui in molendino denique, coniugatos deſignant, curis ac ſollicitudinibus implicatos, diuus Bernardus

e in Pſal. 131.

f Luc. 12.

.rdus g refert, ad tres viros, de qui- g *Serm.vlt. in vigilia natalis. domini.*
ıs Ezechias pronunciauit, *si fuerint*
's viri isti, in medio eius, Noe, Daniel,
Iob: per Noe qui arcam guberna-
t Prælatos intelligens, per Danie-
m qui vitam cœlibem egit: Reli-
iosos, per Iob qui filiis & rerum co-
ia abundauit coniugatos, quamo-
rem rectè diuus Petrus teste Cle-
ıentes h Romano, [Ecclesiam instar h *Epist.* 1.
ıagnæ cuiusdam nauis dicebat esse,
uius Dominus esset Deus supremus
;ubernator Christus, Nautæ, verò
:c Ministri, Prælati Ecclesiastici,
Nauis autem fideles omnes, adiiciens
oportere, vt vnusquisque in ea Na-
ui quietus locum suum teneret, ne si
passim vagari inciperent, aut Nau-
tæ & Gubernatores in officio suo
impedirentur, aut certè nauis ipsa de-
pressa mergeretur, huc spectãt, quæ
habet Gregorius Naziãzenus [i, Deus i *In Apologetico.*
inquit, in Ecclesia hoc constituit, vt
alij pascantur Imperiúmque acci-

piant, quibus id vtile eſt, ac tum ſermone, tum opere ad officium dirigantur: alij contra, ad perſectionem Eccleſiæ, Paſtorum magiſtrorúmque munere fungantur.] Et Gregorius magnus k, [ad hoc diuinæ prouidentiæ diſpoſitio gradus diuerſos & ordines conſtituit, eſſe diſtinctos, vt dum reuerentiam minores pautioribus exhiberent, & pautiores minoribus dilectionem impenderent, vna concordiæ fieret ex diuerſitate connexio, ac rectè officiorum gereretur adminiſtratio ſingulorum.

k *Lib. 4. regeſt. ep. 52. ad Epiſcop. Gall.*

Huiuſ

Huiusmodi ordinum nomina vnde sumpta, & quid, Episcopi, Parochi ac similium vocabula significent.

CAPVT V.



RAETERMITTI non debet, a Magis. sent. l. 4. dist. 24.
quod à multis obseruatum fuit, nomina quibus huiusmodi Prælatorum dignitates insinuantur, ab Ethnicis vt plæráque alia in Religione nostra, mutuata fuisse, in quibus simile quid gestum fuisse deprehēdimus: & quidem memoriæ proditum est [b] interjectis tēporibus, apud Romanos collegium Pontificum initio ad quatuor productum esse, postea vero à Tribuno plebis ad octo vsque, tum demum, ad quindecim peruenisse: inter quos Pōtifex maximus genere ac dignitate

b Alex. ab Alex. 2. l. genial. dierum c. 8.

præcipuus erat, horum fuit religiones ac ceremonias publicas, priuatáſque, & res diuinas ſanctiſſimè tueri & interpretari, & ſimilia præſtare; ipſéque ſummus Pontifex precationes, ſupplicationéſq; Deorum, cum Pontificali carmine præire, comitia habere, diéſque feriatos indicere ſolebat; quo quiſque Deus ritu, quóve die, colatur, quid quaque die fieri vel non fieri, docebat: ac in tantum culmen honoris excreuit, vt regiæ dignitati proximus [illegible]beretur, cúmque cæteri honoribus functi, rationem adminiſtrati muneris reddere cogerentur, Pontifex tantum maximus, pro mageſtate geſti honoris, ab hac lege immunis fuit: quinimo in Tyro, Herculis ſacerdos infula & purpura incedit amictus, & poſt Regem proxima dignitate fungitur, ſimiliter apud Phœnices Solis Sacerdos, veſte auro & purpurâ variâ manu celatâ, & ad imos pedes fluxâ incedebat ac tá-
quam

quam ſplendoris ſignum, & ampliſſimi honoris prærogatiuam, coroná ex auro gemmíſque ferebat: fuere quoque minores Pontifices, penes quos erat cuſtodia rerum geſtarum, & annalium, rerúmque minoris in religione momenti: præterea ex his quoque minoribus Pontificibus, diſtinctio quędam fiebat, nam qui primus collegio aſcitus erat maximus, qui verò vltimus minor dicebatur, erat itaq; vt notat Abulenſis, [c] [inter Sacerdotes Gentilium, præeminentiæ ac dignitatis ordo, quorum quidam flamines, id eſt, Sacerdotes, ſimplices erant, alij Archi flamines, vt Epiſcopi quaſi Principes flaminũ, & qui omnibus præerant Protoflamines, quaſi primi in flaminibus,] hinc diſtinctio orta eſt in Eccleſia ſummi Pontificis, Patriarcharum, Metropolitanorum, Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, Parrochorum, ac ſimplicium Sacerdotum. Porrò quid-

c In cap. 47. Geneſ.

quid ſit de ſummo Pontifice, Epiſcopi certè nomen græcũ eſt,& apud veteros æthnicos Magiſtratus erat. a Cuius proprium eſſet, panis & cæterarum rerum ad cibum ac victũ pertinentium curam habere, vnde Cicero ad Atticum ſcribens, vult me inquit, Pompeius eſſe, quem tota hæc maritima ora habeat Epiſcopũ: tranſlatum eſt igitur nomen, à profano, & ciuili officio, ad ſacros Præſules, & Antiſtites quod illorum ſit præcipuum munus ſibi commiſſi gregis mores ac vitam explorare & inſpicere ac de neceſſariis rebus ad ſalutem prouidere. Epiſcopus igitur græcè, latinè vero quaſi Speculator vel Super-intendens dicitur: Parochi verò appellatio licet latè ſumpta etiam Epiſcopis conueniat ac vetitum ſit in iure [c] ne vllus Epiſcopus, alterius Parochianum iudicare præſumat, adeò vt qui eum ordinare non potuit, nec iudicare poſſit, nihilominus apud anti

a *l. Numerum. ff. de muner. & honor.*

c *Cano. cleric. diſt. 21.*

antiquos hoc nomine comprehendebátur qui legatis publicè Romam missis salé & ligna præparabant, hoc est, qui rerum omniũ copiá hospitio receptis suppeditabãt:vnde Poëta.[f]

Tunc Parochi quæ debent ligna salémq;

Hinc factum est, vt eorum similitudine, Sacerdotes authoritate Episcoporum Ecclesiæ præfecti, Parochi vocentur:quippe qui plebi, ac populo, in eam confluenti, salẽ sapientię, ac diuini verbi pabulum, sacramentorúmq; vsum subministrare teneantur: nisi malit quis Parochum siue Parechum dici alia notatione παρεχος, enim græcè incola, seu inhabitator in loco dicitur, nã vt Pomponio Iuriscõsulto videtur,[g] incola est, qui in aliquam regionem domicilium suum contulit, vnde conuenienter Rector alicuius Ecclesiæ Parecus, seu Parocus, & locus ipse cui præest parechia vel parochia vocatur, hinc aliquãdo fit, vt in iure Parechia vocetur

f Horat. 1. Serm. Saty. 5.

g l. inter illos. ff. de verb. signif.

duodecim ſtellas in corona mulieris: duodecim portas angulos & fundamenta nouæ ciuitatis; duodecim horas diei; duodecim menſes anni; duodecim ſigna cœli: ac duodecim fructus ligni vitæ: quod more ſuo in tela Palladis his verſibus olim ceciniſſe videtur Poëta [c].

[c] *Ouid. 6 Metam.*

—— ſcopulum Mauortis in arce
Pingit, & antiquam terræ de nomine litem:
Bis ſex cæleſtes medio Ioue, ſedibus altis,
Auguſta grauitate ſedent, ſua quemq; Deorum
Inſcribit facies, Iouis eſt regalis imago.

Poſtea vero, creſcente fidelium multitudine, deſignauit Chriſtus & alios ſeptuaginta duos diſcipulos, tanquam operarios in meſſem multam, figuratos per ſeptuaginta palmas in Helin: tum demum opera perfectionis & conſilij induxit, prænunciata per Heliam, Ioannem Baptiſtam, & alios purioris vitæ ac inſtituti homines; quæ nunc in iis exhibentur, qui ſe religionis alicuius arctioris vinculo

lo conſtringunt, & totos Chriſto in obſequium deuouerunt in conſummationem corporis eius quod eſt Eccleſia, ac regina illa aſtans à dextris in veſtitu deaurato, id eſt, charitate, ſed quæ circũdata eſt varietate: nam vt ea magnopere delectatur natura, ac medij & ex aliis conſtituti colores iucundiores ſunt primis ac ſimplicibus, ita in ordine gratiæ, ex hac multiplici ordinũ varietate, ſumma elucet in operibus Dei venuſtas ac pulchritudo: Quamobrẽ ſicut variis figuris ac gemmis aptè diſtincta veſtis intuentium in ſe oculos grata quadam ſuauitate capit ac retinet, ita & hæc inconſutilis Chriſti tunica nunc rutilo Martyrum purpurata ſanguine, modò, flagranti Virginum lilio ac puriſſimo ſplendens cãdore, ſacræ denique ac vernantis Doctorum & Paſtorum ſcientiæ nitens & illuſtrata ſplendore, diuino conſpectui multò gratior obuerſatur: & ex his quidem

quos ante dixi ordinibus, tota consurgit & conflatur Ecclesia: nam si qui alij sunt ad hos facilè reduci possunt. Itaque sicut in exercitu quidam cùm imperio præsunt, & ad pugnam cæteros adhortantur, & pugnant ipsi, etiam accepto ad hoc à Rege stipendio; alij verò non tam ex iustitia, & obligatione, vel vt conductitij milites, quam ex liberalitate quadam & vt copiæ auxiliares præliantibus opportunè adsunt: aliis verò tantum competit vt dimicent, & Imperatoris iussa exequantur, ita tamen vt communem finem nempè victoriam propositam habeant, nec vnus alterius ordinem & officium turbet aut præripiat: eâdem fere analogiâ summus Pontifex qui Christo, Archiepiscopi & Episcopi, qui Apostolis, Parrochi & minores Prælati, qui septuaginta duobus discipulis successerunt, primum tenent locum; secundũ vero Religiosi, & si quæ sunt collegia

gia veluti ſpiritales militiæ ad eorum exemplar inſtituta ; in tertiò verò conſiſtit tota & communis plebs fidelium, quocumque illa officio, dignitate, ſexu aut conditione cenſeatur, modò à clericis diſtinguatur, adeò vt clericorum nomine, eos omnes qui ſpiritaliter præſunt, aut apti ſunt præeſſe, laicorum verò qui tãtùm ad parendum deſtinantur comprehendamus : licet Reges in ſuo ordine colamus & veneremur vt præcellentes Dei Imagines. Quidã verò paulò altius, ex ſimilitudine Angelorum hanc graduum diuerſitatem collegerunt, ſiquidem triplex in illis reperitur Hierarchia, quoad exercitiũ attinet actuũ Hierarchicorũ, qui ſunt purgare, illuminare ac perficere, ita vt tres primi ordines Hierchiſant, medij Hierarchiſant ; & Hierarchiſantur, tres infimi Hierarchiſantur nec tamen Hierarchiſant : Papalis igitur authoritas primos imitatur, *d Gerſon de poteſt Ecc. conſ. 9.*

Archiepiſcopalis & Epiſcopalis, & qui ab ea delegantur inferiores miniſtri, medios ſequitur; infimos denique populus ac ſimplices religioſi qui nullo ordine aut iuriſdictione clericali ſunt inſigniti. Breuius id & ſimplicius explicari poteſt, in corporibus lucidis quædam enim ſunt ipſius luminis fons & origo, vt ſol, quędam verò ſuſceptam lucē aliis communicant, quædam denique illuminantur quidem, nec tamen amplius illuminant, ſed in ipſis omnino lumen deficit. Huiuſmodi ordines, ſignificari vult Auguſtinus [e] triplici hominum genere, quos commemorauit Chriſtus. [f] *Duo erunt in agro duo in lecto & duo molentes*, qui enim in agro, Prælatos in vinea Domini laborantes; qui in lecto Religioſos, quieti & contemplationi deditos; qui in molendino denique, coniugatos deſignant, curis ac ſollicitudinibus implicatos, diuus Bernardus

e in Pſal. 131.

f Luc. 12.

nardus g refert, ad tres viros, de quibus Ezechias pronunciauit, *si fuerint tres viri isti, in medio eius, Noe, Daniel, & Iob*: per Noe qui arcam gubernauit Prælatos intelligens, per Danielem qui vitam cœlibem egit: Religiosos, per Iob qui filiis & rerum copia abundauit coniugatos, quamobrem rectè diuus Petrus teste Clementes h Romano, [Ecclesiam instar magnæ cuiusdam nauis dicebat esse, cuius Dominus esset Deus supremus gubernator Christus, Nautæ, verò ac Miniſtri, Prælati Ecclesiastici, Nauis autem fideles omnes, adiiciens oportere, vt vnusquisque in ea Naui quietus locum suum teneret, ne si passim vagari inciperent, aut Nautæ & Gubernatores in officio suo impedirētur, aut certè nauis ipsa depressa mergeretur, huc spectāt, quæ habet Gregorius Naziāzenus [i, Deus inquit, in Ecclesia hoc constituit, vt alij pascantur Imperiúmque acci-

g *Serm. vlt. in vigilia natalis domini.*

h *Epist. 1.*

i *In Apologetico.*

piant, quibus id vtile est, ac tum sermone, tum opere ad officium dirigantur: alij contra, ad perfectionem Ecclesiæ, Pastorum magistrorúmque munere fungantur.] Et Gregorius magnus k, [ad hoc diuinæ prouidentiæ dispositio gradus diuersos & ordines constituit, esse distinctos, vt dum reuerentiam minores pautioribus exhiberent, & pautiores minoribus dilectionem impenderent, vna concordiæ fieret ex diuersitate connexio, ac rectè officiorum gereretur administratio singulorum.

k *Lib.4. regest. ep. 52. ad Episcop. Gall.*

Huius

Huiusmodi ordinum nomina unde sumpta, & quid, Episcopi, Parochi ac similium vocabula significent.

CAPVT V.

PRAETERMITTI non debet, quod à multis obseruatum fuit, nomina quibus huiusmodi Prælatorum dignitates insinuantur, ab Ethnicis vt plæráque alia in Religione nostra, mutuata fuisse, in quibus simile quid gestum fuisse deprehẽdimus: & quidem memoriæ proditum est [b] interjectis tẽporibus, apud Romanos collegium Pontificum initio ad quatuor productum esse, postea vero à Tribuno plebis ad octo vsque, tum demum, ad quindecim peruenisse: inter quos Põtifex maximus genere ac dignitate

a Magis sent. l. 4. dist. 24.

b Alex. ab Alex. 2. l. genial. dierum c. 8.

præcipuus erat, horum fuit religiones ac ceremonias publicas, priuatásque, & res diuinas sanctissimè tueri & interpretari, & similia præstare; ipséque summus Pontifex precationes, supplicationésq; Deorum, cum Pontificali carmine præire, comitia habere, diésque feriatos indicere solebat; quo quisque Deus ritu, quóve die, colatur, quid quaque die fieri vel non fieri, docebat: ac in tantum culmen honoris excreuit, vt regiæ dignitati proximus haberetur, cúmque cæteri honoribus functi, rationem administrati muneris reddere cogerentur, Pontifex tantum maximus, pro magestate gesti honoris, ab hac lege immunis fuit: quinimo in Tyro, Herculis sacerdos infula & purpura incedit amictus, & post Regem proxima dignitate fungitur, similiter apud Phœnices Solis Sacerdos, veste auro & purpurâ variâ manu celatâ, & ad imos pedes fluxâ incedebat ac tá-

quam

quam ſplendoris ſignum, & ampliſſimi honoris præragatiuam, coronā ex auro gemmíſque ferebat : fuere quoque minores Pontifices, penes quos erat cuſtodia rerum geſtarum, & annalium, rerúmque minoris in religione momenti: præterea ex his quoque minoribus Pontificibus, diſtinctio quędam fiebat, nam qui primus collegio aſcitus erat maximus, qui verò vltimus minor dicebatur, erat itaq; vt notat Abulenſis, [c] [inter Sacerdotes Gentilium, præeminentiæ ac dignitatis ordo, quorum quidam flamines, id eſt, Sacerdotes, ſimplices erant, alij Archi flamines, vt Epiſcopi quaſi Principes flaminū, & qui omnibus præerant Protoflamines, quaſi primi in flaminibus,] hinc diſtinctio orta eſt in Eccleſia ſummi Pontificis, Patriarcharum, Metropolitanorum, Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, Parrochorum, ac ſimplicium Sacerdotum. Porrò quid-

c In cap. 47. Geneſ.

quid sit de summo Pontifice, Episcopi certè nomen græcũ est, & apud veteros æthnicos Magistratus erat. [d] Cuius proprium esset, panis & cæterarum rerum ad cibum ac victũ pertinentium curam habere, vnde Cicero ad Atticum scribens, vult me inquit, Pompeius esse, quem tota hæc maritima ora habeat Episcopũ: translatum est igitur nomen, à profano, & ciuili officio, ad sacros Præsules, & Antistites quod illorum sit præcipuum munus sibi commissi gregis mores ac vitam explorare & inspicere ac de necessariis rebus ad salutem prouidere. Episcopus igitur græcè, latinè vero quasi Speculator vel Super-intendens dicitur: Parochi verò appellatio licet latè sumpta etiam Episcopis conueniat ac vetitum sit in iure [e] ne vllus Episcopus, alterius Parochianum iudicare præsumat, adeò vt qui eum ordinare non potuit, nec iudicare possit, nihilominus apud anti

d l. Numerum. ff. de muner. & honor.

e Cano. cleric. dist. 21.

antiquos hoc nomine comprehendebātur qui legatis publicè Romam missis salē & ligna præparabant, hoc est, qui rerum omniū copiā hospitio receptis suppeditabāt: vnde Poëta.[f]

Tunc Parochi quæ debent ligna salémq;

Hinc factum est, vt eorum similitudine, Sacerdotes authoritate Episcoporum Ecclesiæ præfecti, Parochi vocentur: quippe qui plebi, ac populo, in eam confluenti, salē sapientię, ac diuini verbi pabulum, sacramentorúmq; vsum subministrare teneantur: nisi malit quis Parochum siue Parechum dici alia notatione πάρεκος, enim græcè incola, seu inhabitator in loco dicitur, nā vt Pomponio Iuriscōsulto videtur,[g] incola est, qui in aliquam regionem domicilium suum contulit, vnde conuenienter Rector alicuius Ecclesiæ Parecus, seu Parocus, & locus ipse cui præest parechia vel parochia vocatur, hinc aliquādo fit, vt in iure Parechia vocetur

[f] Horat. 1. Serm. Saty. 5.

[g] l. inter illos. ff. de verb. signif.

vocetur, tota diœcæſis, deinde certa etiam alicuius diœcæſis Eccleſia, populum habens certis limitibus diſtinctum & quæ vni Sacerdoti regenda committitur, qui Curatus ſeu Curio ſolet etiã appellari, quin imò, [h] Comitibus ac Ducibus Romanis qui pro Imperij augmento conſenuerãt, agri & villæ ex publico donabantur quæ illis ad victum quoad viuerent neceſſaria ſuppeditarent quæ ob id parrochiæ vocabantur. A cura igitur Curati & Curionis vox deſumpta eſt, ſiue à Græco nomine, χύρυα quod poteſtatẽ adminiſtrandi iuris ſiue diem ipſam in qua ſolet tale ius exerceri ſignificat, & in bonam partem ſumitur, vt apud Tertullianum, [i] [cum boni, cum probis coëunt, non eſt factio dicenda ſed χύρυα] quin & Athenienſibus [k] certæ erant curiæ inſtitutæ, ſicut & Romana reſpublica in curias à prima ſui origine, diſtincta legitur. [l] Quas Tullius [m] reipublicæ ſacraria,

h Pompo. letus in Conſtant.

i In Apol.

k Alex. l. 1. geni dier. cap. 16.

l Liui. l. 1. Decad. 1.

m Ora. pro Mil.

craria, seu templa sanctitatis vocauit: vnde vt testatur Paulus Manutius. [n] suum singulæ sacellum, vbi sacra fierent Deosque colerent curiæ habuerunt, quæ & ipsa sacella appellatæ sunt, quos ob id sacrificulos Turnebus [o] curiales vocat, quî fit vt Budei [p] iudicio Parrochi nostri magis proprie Curiones quam Curati dicendi videantur, iidem quoque rectores Ecclesiarum, & Corepiscopi quasi villarum Episcopi vocantur, χόρα enim græcè oppidum, ac regionem significat, vel potius vt concilium Neocesariense, [q] Loquitur quasi Vicarij ceu loco Episcopi constituti χόρα. Siquidem locum etiam significare potest: quamuis Corepiscopi nomine, Episcopi Suffraganei seu titulares frequentius intelligantur. Quidam autē distinguunt inter plebanum & Parrochum quod licèt vterque iurisdictionem habeat & curam animarum, hic tamen in celebrio

n *In Pand. l.fin.ff.de mun.*

o *l.12. aduer.c.13.*

p *Annot. post in pandect.l.fin.de mun.& bono.*

q *Can. 13.*

Archiepiſcopalis & Epiſcopalis , & qui ab ea delegantur inferiores miniſtri, medios ſequitur; infimos denique populus ac ſimplices religioſi qui nullo ordine aut iuriſdictione clericali ſunt inſigniti. Breuius id & ſimplicius explicari poteſt, in corporibus lucidis quædam enim ſunt ipſius luminis fons & origo, vt ſol, quędam verò ſuſceptam lucẽ aliis communicant, quædam denique illuminantur quidem, nec tamen amplius illuminant, ſed in ipſis omnino lumen deficit. Huiuſmodi ordines, ſignificari vult Auguſtinus [e] triplici hominum genere, quos commemorauit Chriſtus. [f] *Duo erunt in agro duo in lecto & duo molentes*, qui enim in agro, Prælatos in vinea Domini laborantes; qui in lecto Religioſos, quieti & contemplationi deditos; qui in molendino denique, coniugatos deſignant, curis ac ſollicitudinibus implicatos, diuus Bernardus

[e] in Pſal. 131.

[f] Luc. 12.

nardus [g] refert, ad tres viros, de quibus Ezechias pronunciauit, *si fuerint tres viri isti, in medio eius, Noe, Daniel, & Iob*: per Noe qui arcam gubernauit Prælatos intelligens, per Danielem qui vitam cœlibem egit: Religiosos, per Iob qui filiis & rerum copia abundauit coniugatos, quamobrem rectè diuus Petrus teste Clementes [h] Romano, [Ecclesiam instar magnæ cuiusdam nauis dicebat esse, cuius Dominus esset Deus supremus gubernator Christus, Nautæ, verò ac Ministri, Prælati Ecclesiastici, Nauis autem fideles omnes, adiiciens oportere, vt vnusquisque in ea Naui quietus locum suum teneret, ne si passim vagari inciperent, aut Nautæ & Gubernatores in officio suo impediretur, aut certè nauis ipsa depressa mergeretur, huc spectát, quæ habet Gregorius Naziázenus [[i], Deus inquit, in Ecclesia hoc constituit, vt alij pascantur Imperiúmque acci-

g Serm. vlt. in vigilia natalis. domini.

h Epist. 1.

i In Apologetico.

piant, quibus id vtile eſt, ac tum ſermone, tum opere ad officium dirigantur: alij contra, ad perſectionem Eccleſiæ, Paſtorum magiſtrorúmque munere fungantur.] Et Gregorius magnus k, [ad hoc diuinæ prouidentiæ diſpoſitio gradus diuerſos & ordines conſtituit, eſſe diſtinctos, vt dum reuerentiam minores pautioribus exhiberent, & pautiores minoribus dilectionem impenderent, vna concordiæ fieret ex diuerſitate connexio, ac rectè officiorum gereretur adminiſtratio ſingulorum.

k *Lib. 4. regeſt. ep. 52. ad Epiſcop. Gall.*

Huiuſ

Huiusmodi ordinum nomina vnde sumpta, & quid, Episcopi, Parochi ac similium vocabula significent.

CAPVT V.

RAETERMITTI non debet, quod à multis obseruatum fuit, nomina quibus huiusmodi Prælatorum dignitates insinuantur, ab Ethnicis vt plæráque alia in Religione nostra, mutuata fuisse, in quibus simile quid gestum fuisse deprehēdimus: & quidem memoriæ proditum est [b] interjectis tēporibus, apud Romanos collegium Pontificum initio ad quatuor productum esse, postea vero à Tribuno plebis ad octo vsque, tum demum, ad quindecim peruenisse: inter quos Pōtifex maximus genere ac dignitate

a *Magis sent. l.4. dist. 24.*

b *Alex. ab Alex. 2. l. genial. dierum c. 8.*

præcipuus erat, horum fuit religiones ac ceremonias publicas, priuatásque, & res diuinas sanctissimè tueri & interpretari, & similia præstare; ipséque summus Pontifex precationes, supplicationésq; Deorum, cum Pontificali carmine præire, comitia habere, diésque feriatos indicere solebat; quo quisque Deus ritu, quóve die, colatur, quid quaque die fieri vel non fieri, docebat: ac in tantum culmen honoris excreuit, vt regiæ dignitati proximus [illegible]beretur, cúmque cæteri honoribus functi, rationem administrati muneris reddere cogerentur, Pontifex tantum maximus, pro magestate gesti honoris, ab hac lege immunis fuit: quinimo in Tyro, Herculis sacerdos infula & purpura incedit amictus, & post Regem proxima dignitate fungitur, similiter apud Phœnices Solis Sacerdos, veste auro & purpurâ variâ manu celatâ, & ad imos pedes fluxâ incedebat ac tá-

quam

quam ſplendoris ſignum, & ampliſſimi honoris prærogatiuam, coronā ex auro gemmíſque ferebat: fuere quoque minores Pontifices, penes quos erat cuſtodia rerum geſtarum, & annalium, rerúmque minoris in religione momenti: præterea ex his quoque minoribus Pontificibus, diſtinctio quędam fiebat, nam qui primus collegio aſcitus erat maximus, qui verò vltimus minor dicebatur, erat itaq; vt notat Abulenſis, [c] [inter Sacerdotes Gentilium, præeminentiæ ac dignitatis ordo, quorum quidam flamines, id eſt, Sacerdotes, ſimplices erant, alij Archi flamines, vt Epiſcopi quaſi Principes flaminū, & qui omnibus præerant Protoflamines, quaſi primi in flaminibus,] hinc diſtinctio orta eſt in Eccleſia ſummi Pontificis, Patriarcharum, Metropolitanorum, Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, Parrochorum, ac ſimplicium Sacerdotum. Porrò quid-

c In cap. 47. Geneſ.

quid ſit de ſummo Pontifice, Epiſcopi certè nomen græcũ eſt, & apud veteros æthnicos Magiſtratus erat. [d] Cuius proprium eſſet, panis & cæterarum rerum ad cibum ac victũ pertinentium curam habere, vnde Cicero ad Atticum ſcribens, vult me inquit, Pompeius eſſe, quem tota hæc maritima ora habeat Epiſcopũ: tranſlatum eſt igitur nomen, à profano, & ciuili officio, ad ſacros Præſules, & Antiſtites quod illorum ſit præcipuum munus ſibi commiſſi gregis mores ac vitam explorare & inſpicere ac de neceſſariis rebus ad ſalutem prouidere. Epiſcopus igitur græcè, latinè vero quaſi Speculator vel Super-intendens dicitur: Parochi verò appellatio licet latè ſumpta etiam Epiſcopis conueniat ac vetitum ſit in iure [e] ne vllus Epiſcopus, alterius Parochianum iudicare præſumat, adeò vt qui eum ordinare non potuit, nec iudicare poſſit, nihilominus apud anti

d *l. Numerum. ff. de muner. & honor.*

e *Cano. cleric. diſt. 21.*

antiquos hoc nomine comprehendebátur qui legatis publicè Romam missis salē & ligna præparabant, hoc est, qui rerum omniū copiā hospitio receptis suppeditabāt: vnde Poëta.[f]

Tunc Parochi quæ debent ligna salémq;

Hinc factum est, vt eorum similitudine, Sacerdotes authoritate Episcoporum Ecclesiæ præfecti, Parochi vocentur: quippe qui plebi, ac populo, in eam confluenti, salē sapientię, ac diuini verbi pabulum, sacramentorúmq; vsum subministrare teneantur: nisi malit quis Parochum siue Parechum dici alia notatione πάρεχος, enim græcè incola, seu inhabitator in loco dicitur, nā vt Pomponio Iuriscōsulto videtur, [g] incola est, qui in aliquam regionem domicilium suum contulit, vnde conuenienter Rector alicuius Ecclesiæ Parecus, seu Parocus, & locus ipse cui præest parechia vel parochia vocatur, hinc aliquādo fit, vt in iure Parechia vocetur

f Horat. 1. Serm. Saty. 5.

g l. inter illos. ff. de verb. signif.

vocetur, tota diœcæſis, deinde certa etiam alicuius diœcæſis Eccleſia, populum habens certis limitibus diſtinctum & quæ vni Sacerdoti regenda committitur, qui Curatus ſeu Curio ſolet etiã appellari, quin imò, [h] Comitibus ac Ducibus Romanis qui pro Imperij augmento conſenuerãt, agri & villæ ex publico donabantur quæ illis ad victum quoad viuerent neceſſaria ſuppeditarent quæ ob id parrochiæ vocabantur. A cura igitur Curati & Curionis vox deſumpta eſt, ſiue à Græco nomine, χύρυα quod poteſtatẽ adminiſtrandi iuris ſiue diem ipſam in qua ſolet tale ius exerceri ſignificat, & in bonam partem ſumitur, vt apud Tertullianum, [i] [cum boni, cum probis coëunt, non eſt factio dicenda ſed χύρυα] quin & Athenienſibus [k] certæ erant curiæ inſtitutæ, ſicut & Romana reſpublica in curias à prima ſui origine, diſtincta legitur. [l] Quas Tullius [m] reipublicæ ſacraria,

h Pompo. letus in Conſtant.

i In Apol.

k Alex. l. 1. geni dier. cap. 16.

l Liui. l. 1. Decad. 1.

m Ora. pro Mil.

craria, ſeu templa ſanctitatis vocauit: vnde vt teſtatur Paulus Manutius.[n] ſuum ſingulæ ſacellum, vbi ſacra fierent Deoſque colerent curiæ habuerunt, quæ & ipſa ſacella appellatæ ſunt, quos ob id ſacrificulos Turnebus[o] curiales vocat, quî fit vt Budei[p] iudicio Parrochi noſtri magis proprie Curiones quam Curati dicendi videantur, iidem quoque rectores Eccleſiarum, & Corepiſcopi quaſi villarum Epiſcopi vocantur, χόρα enim græcè oppidum, ac regionem ſignificat, vel potius vt concilium Neoceſarienſe,[q] Loquitur quaſi Vicarij ceu loco Epiſcopi conſtituti χόρα. Siquidem locum etiam ſignificare poteſt: quamuis Corepiſcopi nomine, Epiſcopi Suffraganei ſeu titulares frequentius intelligantur. Quidam autẽ diſtinguunt inter plebanum & Parrochum quod licèt vterque iuriſdictionem habeat & curam animarum, hic tamen in celebrio

n *In Pand. l.fin.ff.de mun.*

o *l.12. aduer.c.13.*

p *Annot. poſt in pandect.l.fin.de mun.& hono.*

q *Can.13.*

brioribus opidis, ille vero in villis habitet, quidquid sit, ne hac in re diutius immoremur, certum est iure optimo.[r] Non solum dioeceses distinctas esse, sicut & Episcopatus, sed in singulis etiam dioecesibus parochias, & vt id fiat in posterũ vbi non sunt institutę cautum esse; siue distinctio hæc ad beatũ Dionysiũ, siue ad Euaristũ Papã referatur:[s] qui anno salutis 112. titulos in vrbe Roma instituit; quibus Parochiæ intelliguntur: adeò vt, Ecclesia dicta sit titulus, quod illi Præsbyter adscriberetur & ab ea titulum noménque sortiretur; siue etiam Gregoriũ primũ huiusce rei authorẽ, aut alium constituamus parum refert. Porrò sicut olim ita & nũc Archidiaconus & Archipresbyter qui Presbyteris & Curionib. præsit institutus est, & hic quidẽ duplex est vrbanus scilicet qui in maioribus Ecclesiis, & Cathedralibus; & ruralis Decanus, qui in singulis pagis & villis

r *Trid. cõs. sess. 14. c. 9.*

s *Baro. l. 2. annal.*

lis Curionibus præficitur : quamobrem, primitiua Ecclesia in angulari petra à Saluatore nostro constituta, Apostolorũ præconiis elata, Martyriúmque sanguine consecrata, & aucta, vbi primum iuuante Domino per orbem terrarum lacertos mouere cœpit, attendens quantum oneris humeris impositum haberet, quot oues pascere; quot custodire, ad quot etiam remotissima loca oculos intendere cogeretur; diuino consilio Parochias instituit, Diœceses distinxit, Metropolitanos præfecit, vt tanquam membra capiti obsequentia, cuncta secundum eius voluntatem salubriter in Domino gubernaret.

Episco

Episcopos propriè Ecclesiæ sponsos esse, & in statu perfectionis, ob ídque multis honorum titulis insignitos.

CAPVT VI.


ED vt ad Episcopos redeat oratio, licèt Christus propriè sit Ecclesiæ sponsus, velut iis à quo perenni gratiæ ac donorum influxu fœcundatur, & cuius nomine filij in ea procreantur, nihilominus tamen, Prælati alij, quatenus vt ministri Dei, ad id cooperantur per diuini verbi ac Sacramẽtorum ministerium. Ecclesiæ etiam sponsi dicuntur; hi autem maximè sunt Episcopi, qui & Præsbyteros ordinant, eísque ad actus Hierarchicos obeundos, iurisdictionem conferunt, sed & annulo quodam

dam fidei, vt ſpiritali matrimonio Eccleſiæ Chriſti coniunguntur: Vnde ſicut Papa per Cardinales, Eccleſiæ vniuerſæ, deſpondetur, ita & Epiſcopus à ſummo Pontifice huius particularis Eccleſię ſponſus inſtituitur: electione verò, confirmatione, & conſecratione, ſpiritale hoc matrimonium perficitur: ſimul etiam tria officia complectitur, procreare videlicet liberos ſpiritales, per ordinis ac Baptiſmi Sacramenta, eoſdē educare, & Confirmare per Chriſma & Vnctionem, & tandem enutrire per Euchariſtiæ ac diuini verbi diſpenſationem. Ex qua affinitate & coniunctione mira nobilitatis & excellentiæ, ſtēmata ac inſignia conſequuntur, vt potè qui in iure ciuili.[a] Illuſtres vocantur & perſonæ egregiæ, vel ſaltē ſimiles illuſtribus, vt in hoc ſicut aliis placet à Cardinalibus diſtinguantur: ad quos, ſi teſtes eſſe velint mitti debeat inſtrumentum vt in

[a] *Bart. in l. omnes populi qu. 4. Bal. in l. ad ſimili. cod. de Epiſ. & Cleri. gl. in l. ad egregi. ff. de Iureiuran.*

præcipuus erat, horum fuit religiones ac ceremonias publicas, priuatásque, & res diuinas ſanctiſſimè tueri & interpretari, & ſimilia præſtare; ipſéque ſummus Pontifex precationes, ſupplicationésq; Deorum, cum Pontificali carmine præire, comitia habere, diéſque feriatos indicere ſolebat; quo quiſque Deus ritu, quóve die, colatur, quid quaque die fieri vel non fieri, docebat: ac in tantum culmen honoris excreuit, vt regiæ dignitati proximus [haberetur], cúmque cæteri honoribus functi, rationem adminiſtrati muneris reddere cogerentur, Pontifex tantum maximus, pro mageſtate geſti honoris, ab hac lege immunis fuit: quinimo in Tyro, Herculis ſacerdos infula & purpura incedit amictus, & poſt Regem proxima dignitate fungitur, ſimiliter apud Phœnices Solis Sacerdos, veſte auro & purpurâ variâ manu celatâ, & ad imos pedes fluxâ incedebat ac tá-
quam

quam ſplendoris ſignum, & ampliſſimi honoris præragatiuam, coroná ex auro gemmíſque ferebat : fuere quoque minores Pontifices, penes quos erat cuſtodia rerum geſtarum, & annalium, rerúmque minoris in religione momenti:præterea ex his quoque minoribus Pontificibus, diſtinctio quędam fiebat,nam qui primus collegio aſcitus erat maximus, qui verò vltimus minor dicebatur, erat itaq; vt notat Abulenſis, [c] [inter Sacerdotes Gentilium, præeminentiæ ac dignitatis ordo, quorum quidam flamines, id eſt, Sacerdotes, ſimplices erant, alij Archi flamines, vt Epiſcopi quaſi Principes flaminũ, & qui omnibus præerant Protoflamines, quaſi primiin flaminibus,] hinc diſtinctio orta eſt in Eccleſia ſummi Pontificis, Patriarcharum, Metropolitanorum, Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, Parrochorum, ac ſimplicium Sacerdotum.Porrò quid-

c In cap. 47. Geneſ.

quid ſit de ſummo Pontifice, Epiſcopi certè nomen græcũ eſt, & apud veteros æthnicos Magiſtratus erat. [d] Cuius proprium eſſet, panis & cæterarum rerum ad cibum ac victũ pertinentium curam habere, vnde Cicero ad Atticum ſcribens, vult me inquit, Pompeius eſſe, quem tota hæc maritima orà habeat Epiſcopũ: tranſlatum eſt igitur nomen, à profano, & ciuili officio, ad ſacros Præſules, & Antiſtites quod illorum ſit præcipuum munus ſibi commiſſi gregis mores ac vitam explorare & inſpicere ac de neceſſariis rebus ad ſalutem prouidere. Epiſcopus igitur græcè, latinè vero quaſi Speculator vel Super-intendens dicitur: Parochi verò appellatio licet latè ſumpta etiam Epiſcopis conueniat ac vetitum ſit in iure [e] ne vllus Epiſcopus, alterius Parochianum iudicare præſumat, adeò vt qui eum ordinare non potuit, nec iudicare poſſit, nihilominus apud anti

d *l. Numerum. ff. de muner. & honor.*

e *Cano. cleric. diſt. 21.*

antiquos hoc nomine comprehendebátur qui legatis publicè Romam missis salé & ligna præparabant, hoc est, qui rerum omniũ copiá hospitio receptis suppeditabãt: vnde Poëta.[f]

Tunc Parochi quæ debent ligna salémq;

Hinc factum est, vt eorum similitudine, Sacerdotes authoritate Episcoporum Ecclesiæ præfecti, Parochi vocentur: quippe qui plebi, ac populo, in eam confluenti, salẽ sapientię, ac diuini verbi pabulum, sacramentorúmq; vsum subministrare teneantur: nisi malit quis Parochum siue Parechum dici alia notatione πάρεχος, enim græcè incola, seu inhabitator in loco dicitur, nã vt Pomponio Iuriscõsulto videtur,[g] incola est, qui in aliquam regionem domicilium suum contulit, vnde conuenienter Rector alicuius Ecclesiæ Parecus, seu Parocus, & locus ipse cui præest parechia vel parochia vocatur, hinc aliquãdo fit, vt in iure Parechia

vocetur

f Horat. 1. Serm. Saty. 5.

g l. inter illos. ff. de verb. signif.

vocetur, tota diœcæsis, deinde certa etiam alicuius diœcæsis Ecclesia, populum habens certis limitibus distinctum & quæ vni Sacerdoti regenda committitur, qui Curatus seu Curio solet etiã appellari, quin imò, [h] Comitibus ac Ducibus Romanis qui pro Imperij augmento consenuerãt, agri & villæ ex publico donabantur quæ illis ad victum quoad viuerent necessaria suppeditarent quæ ob id parrochiæ vocabantur. A cura igitur Curati & Curionis vox desumpta est, siue à Græco nomine, κύρια quod potestatẽ administrandi iuris siue diem ipsam in qua solet tale ius exerceri significat, & in bonam partem sumitur, vt apud Tertullianum, [i] [cum boni, cum probis coëunt, non est factio dicenda sed κύρια] quin & Atheniensibus [k] certæ erant curiæ institutæ, sicut & Romana respublica in curias à prima sui origine, distincta legitur. [l] Quas Tullius [m] reipublicæ sacraria,

h Pompo. letus in Constant.

i In Apol.

k Alex. l. 1. geni dier. cap. 16.

l Liui. l. 1. Decad. 1.

m Ora. pro Mil.

craria, ſeu templa ſanctitatis vocauit: vnde vt teſtatur Paulus Manutius.[n] ſuum ſingulæ ſacellum, vbi ſacra fierent Deoſque colerent curiæ habuerunt, quæ & ipſa ſacella appellatæ ſunt, quos ob id ſacrificulos Turnebus[o] curiales vocat, quî fit vt Budei[p] iudicio Parrochi noſtri magis proprie Curiones quam Curati dicendi videantur, iidem quoque rectores Eccleſiarum, & Corepiſcopi quaſi villarum Epiſcopi vocantur, χόρα enim græcè oppidum, ac regionem ſignificat, vel potius vt concilium Neoceſarienſe,[q] Loquitur quaſi Vicarij ceu loco Epiſcopi conſtituti χόρα. Siquidem locum etiam ſignificare poteſt: quamuis Corepiſcopi nomine, Epiſcopi Suffraganei ſeu titulares frequentius intelligantur. Quidam autē diſtinguunt inter plebanum & Parrochum quod licèt vterque iuriſdictionem habeat & curam animarum, hic tamen in cele-

brio

n *In Pand. l.fin.ff.de mun.*

o *l.12. aduer. c.13.*

p *Annot. poſt in pandect.l.fin.de mun.& bono.*

q *Can. 13.*

brioribus opidis, ille vero in villis habitet, quidquid ſit, ne hac in re diutius immoremur, certum eſt iure optimo.[r] Non ſolum diœceſes diſtinctas eſſe, ſicut & Epiſcopatus, ſed in ſingulis etiam diœceſibus parochias, & vt id fiat in poſterũ vbi non ſunt inſtitutę cautum eſſe: ſiue diſtinctio hæc ad beatũ Dionyſiũ, ſiue ad Euariſtũ Papã referatur:[s] qui anno ſalutis 112. titulos in vrbe Roma inſtituit; quibus Parochiæ intelliguntur: adeò vt, Eccleſia dicta ſit titulus, quod illi Præsbyter adſcriberetur & ab ea titulum noménque ſortiretur; ſiue etiam Gregoriũ primũ huiuſce rei authorẽ, aut alium conſtituamus parum refert. Porrò ſicut olim ita & nũc Archidiaconus & Archipresbyter qui Presbyteris & Curionib. præſit inſtitutus eſt, & hic quidẽ duplex eſt vrbanus ſcilicet qui in maioribus Eccleſiis, & Cathedralibus; & ruralis Decanus, qui in ſingulis pagis & villis

r *Trid. cõſ. ceſſ. 14. c. 9.*

s *Baro. l. 2. annal.*

lis Curionibus præficitur : quamobrem, primitiua Ecclesia in angulari petra à Saluatore nostro constituta, Apostolorũ præconiis elata, Martyriúmque sanguine consecrata, & aucta, vbi primum iuuante Domino per orbem terrarum lacertos mouere cœpit, attendens quantum oneris humeris impositum haberet, quot oues pascere; quot custodire, ad quot etiam remotissima loca oculos intendere cogeretur; diuino consilio Parochias instituit, Diœceses distinxit, Metropolitanos præfecit, vt tanquam membra capiti obsequentia, cuncta secundum eius voluntatem salubriter in Domino gubernaret.

Episco

Episcopos propriè Ecclesiæ sponsos esse, & in statu perfectionis, ob idque multis honorum titulis insignitos.

CAPVT VI.



ED vt ad Episcopos redeat oratio, licèt Christus propriè sit Ecclesiæ sponsus, velut iis à quo perenni gratiæ ac donorum influxu fœcundatur, & cuius nomine filij in ea procreantur, nihilominus tamen, Prælati alij, quatenus vt ministri Dei, ad id cooperantur per diuini verbi ac Sacramētorum ministerium. Ecclesiæ etiam sponsi dicuntur; hi autem maximè sunt Episcopi, qui & Præsbyteros ordinant, eísque ad actus Hierarchicos obeundos, iurisdictionem conferunt, sed & annulo quodam

dam fidei, vt spiritali matrimonio Ecclesiæ Christi coniunguntur: Vnde sicut Papa per Cardinales, Ecclesiæ vniuersæ, despondetur, ita & Episcopus à summo Pontifice huius particularis Ecclesię sponsus instituitur: electione verò, confirmatione, & consecratione, spiritale hoc matrimonium perficitur: simul etiam tria officia complectitur, procreare videlicet liberos spiritales, per ordinis ac Baptismi Sacramenta, eosdē educare, & Confirmare per Chrisma & Vnctionem, & tandem enutrire per Eucharistiæ ac diuini verbi dispensationem. Ex qua affinitate & coniunctione mira nobilitatis & excellentiæ, stēmata ac insignia consequuntur, vt potè qui in iure ciuili. [a] Illustres vocantur & personæ egregiæ, vel saltē similes illustribus, vt in hoc sicut aliis placet à Cardinalibus distinguantur: ad quos, si testes esse velint mitti debeat instrumentum vt in

a Bart. in l. omnes populi qu. 4. Bal. in l. ad simili. cod. de Epis. & Cleri. gl. in l. ad egregi. ff. de Iureiuran.

ædibus ſuis teſtimonium reddant ſi velint in iure verò canonico [b] dicuntur, Apoſtolorum ſucceſſores & Vicarij, Arietes gregis, ac duces; quia duobus cornubus id eſt, lege vtriuſque teſtamenti, per mitræ Pontificalis cornua deſignatis, contra hæreticos præualere debeant, ſeu quia omnis Scriba doctus, in regno cœlorum, profert de theſauro ſuo noua & vetera, canes, quia latrare debent & prædicare contra hæreticos ac tyrannos, & ab eorum faucibus ſubditos defendere; Rectores nauis, Eccleſiæ, columnæ, patres ſpirituales, cuſtodes, paſtores, ſpeculatores, defenſores, procuratores, Vicarij Chriſti: In ſcriptura denique diſpenſatores myſteriorum Dei, ſerui ſuper familiam eius conſtituti, lux mundi, ſal terræ, ciuitas ſupra montem poſita; de quibus præclarè & honorificè admodùm Proſper Aquitanicus cuncti [c] ij ſunt [inquit, Eccleſiæ decus; in quib. amplius

b *Diſtinct. cano. quorũ vices.*

c *lib. 1. de vita contempl. c. 2.*

plius fulget Ecclesia ; ipsi columnæ firmissimæ, quibus in Christo fundatur & innititur omnis multitudo Ecclesiarum credentium : ipsi, ianuæ ciuitatis æternæ, per quos omnes qui credunt ingrediuntur ad Christum ; ipsi ianitores, quibus claues traditæ sunt regni cœlorum, ipsi dispensatores Regiæ Domus, quorum arbitrio in aula regnicœlestis diuiduntur gradus & officia singulorum : ij sunt qui non ambiendo, sed spiritualiter viuendo, Sacerdotium meruerunt : quique non fauoris humani suffragio, sed diuino munere sublimati, nihil sibi de præstantia sui status aplaudunt, quos non inflat honor acceptus, sed exercet labor impositus, qui non excellentiam suam cogitant prouecti, sed sarcinam : nec gloriantur de officio ac dignitate, sed sudant potius constituti sub onere.] Quæ omnia, ac singula, satis arguunt, eos in

ſtatu perfectionis eſſe, & multò maioris quam ſint ipſi Religioſi; id eſt, non tantum acquirendæ, ſed etiam acquiſitæ, vt enim rectè tradit diuus Dionyſius, [d Diuiniſſimum eſt omnium, Deo cooperatorem fieri,] hoc autẽ eſt in procuratione ſalutis animarum, quod maximè conuenit Epiſcopis, per actus Hierarchicos perficiendi, purgandi, & illuminandi, quibus maxima eſt annexa charitas. Porrò in maiori charitate, maior exiſtit perfectio, maior autem ille eſt in amore & charitate apud Deum, qui plures in eius amorem pertrahit: dicitur igitur perfectus Epiſcopus, quia perfectos alios efficere poteſt, ac debet: quamobrem Idem Dionyſius [ordinem Epiſcoporum perfectiuũ vocat, Monachorum verò tantum perfectorum ordinem vult eſſe,] maior autẽ perfectio requiritur ad hoc, vt quis alicui perfectionem conferat, quam vt in ſe tantum habeat: pluris enim

d *c. 3. l. de cœleſt. Hierar.*

enim eſt facere aliquem talem quam eſſe talem. Sed & ea quæ religioſos constituunt in ſtatu perfectionis, nobiliori modo cadunt in Epiſcopos: ſiquidem, per religionem tria tolluntur impedimenta diuini cultus, primum eſt coniugium per caſtitatem & cœlibatum, *volo vos eſſe ſine ſollicitudine*, inquit, Apoſtolus [e] *qui ſine vxore eſt, ſollicitus eſt eorum quæ Domini ſunt:* ſecundū, poſſeſſio diuitiarum: *nam ſollicitudo* [f] *huius ſæculi, & fallacia diuitiarum ſuffocant verbum Dei:* Quamuis enim diuitiæ delectare videatur, ſpinæ tamen ſunt ſuis poſſeſſoribus, & mētes eorū curarum aculeis vulnerant ac confodiunt, & eiuſmodi, [g] vt ſollicitudine ac labore parentur cū metu poſſideantur; & tandem cū dolore amittantur. Hoc autem impedimētum; per votum paupertatis tollitur; tertium propriæ voluntatis vſus, ac diſpoſitio; qui enim voluntatis ſuæ arbiter eſt, ſollicitudi-

e *Ad Cor.* 7.

f *Luc.* 8. c.

g *Prou.* 10. *Iob* 5. & 20.


nem habet de vitæ huius gubernatione, & ideo consulitur, vt nostri status dispositionem, diuinæ prouidentiæ, ac superioris alicuius iudicio per obedientiam committamus: ac ita fit, vt homo sacrificium Deo offerat de omnibus bonis suis; nã per castitatem, Deo, corpus, per voluntariã paupertatem, res suas, ac fortunas, per obedientiam denique, propriam voluntaté consecrat & offert. At vero Episcopi, bona quæ habent, subditis, suis in necessitate elargiri tenẽtur, simul etiam ad castitatem obligantur; nam cum alios mundare debeant, ipsos præcipuè mundos decet esse; vnde diuus Dionysius affirmat, [purgatiuos ordines opportere, ex abundantia purgationis aliis tradere, & impartiri de propria castitate] ad extremum, religiosi quidem, per votum obedientiæ se vni Prælato submittunt, Episcopus vero, se omnium constituit seruum quorum curá assu-
mit

mit, dum tenetur, nõ quod ſuum eſt quærere, ſed quod multis vtile eſt, vt ſalui fiant, ex quo inoleuit conſuetudo, vt ſummus Pontifex ſe omnium ſeruorum Dei ſeruum eſſe deſcribat, ac nominet. Quocirca idem Dionyſius docet [Monachorum ordinem non eſſe adductiuum aliorum, ſed in ſeipſo ſtantem, in ſingulari ac ſancta ſtatione] ad Epiſcopos verò, ex obligatione pertinet, alios ad Deum adducere, & perficere; quod ex praxi Eccleſiæ confirmatur, in qua Religioſi ad Epiſcopalem dignitatem aſſumuntur; quod non fieret, niſi Epiſcopalis ſtatus perfectior eſſet: ęmulatur enim Eccleſia ſemper chariſmata meliora. [Honor igitur & dignitas Epiſcopalis, vt loquitur diuus Ambroſius.[h] Nullis poteſt ſublimitatibus comparari] quæ autem de Epiſcoporũ dignitate diximus, de aliis in ſublimiori gradu cõſtitutis, maximè vero de Summo Pontifice, intelligi debent.

[h] l. de dign. Sacer. c. 2.

Prælatos inferiores Episcopis, in officio potius esse, quam statu perfectionis.

CAPVT VII.

N autem inferiores Prælati, de quibus iã diximus, in statu sint perfectionis, seu perfectiores quam religiosi, à pluribus a & grauiter dubitatum fuit; nec argumenta desunt, quibus id suaderi possit, vt potè quod cum Episcopis quibus proximè inseruiunt, & eosdem ferme actus in commissam sibi plebem exercent, vnum aliquod totum in eodem ordine constituere videantur: quod plurium vtilitati ex officio intẽdant quam religiosi, qui sibi ipsis tantum vacant: quod se totos Deo in holocaustum, nedum in sacrificium offerant, parati omnia pro Christo & ouibus

a Henr. de Gandauo quodli. 12. quæst. 19. Gers. 1. p. tract. 3.

ouibus eius ac vitam etiam ipſam profundere, idque palam ac publicè: atque ita Deum non tantum in ſeipſo diligunt, ſed etiam in proximo, docendo, corrigendo, increpando, & huiuſmodi alia opera exercendo; in quibus verè ſunt holocauſtum ac incensũ; quod in eo differt à ſacrificio, quod hoc in aquis ſoleat decoqui, vt ſunt religioſi, qui in mollitie contemplationis quaſi in humido calore & obtuſo verſantur: Illud vero totum in igne crematur, quod Curionibus competit, qui in ardore tribulationis, quaſi in igne & calore acuto cõburuntur: quod accidiſſe diuo Paulo teſtatur Chriſoſtomus [b] [ſicut enim inquit, ferrum in ignẽ miſſum nõ eſt aliud quam ignis, ſic anima Pauli diuina charitate incenſa non erat aliud quã charitas.] Adeò vt optaret ipſe anathema eſſe à Chriſto pro fratribus ſuis, id eſt, priuari ad tempus fruitione eius, vt eorum ſpiritualem ſalu-

b *De laud. d. Pau.*

tem promoueret: nam licèt multò melius esset illi dissolui, & esse cum Christo; propter eos tamen necessarium magis ducebat esse, permanere in carne: quod Lya, quæ typus est actiuæ vitę, & Prælatorum, licèt oculis Lyppis, ratione tamen fœcunditatis pulchritudini Rachelis præferatur: sed quod amplius est, vita Prælatorum ex actione & contemplatione simul suauissimè condita sit, ac tēperata; & ideo similior statui beatorū, qui in cognitione & amore Dei vltimò cōquiescunt: ipsi enim tanquam Angeli Domini exercituum, in scala Iacob ascendunt in cœlum per contemplationē, & in terram descēdunt per operationē. Et tandem ambidextri vt Aiod alter, pugnantes vtriusque vitæ perfectionem ac meritum consequuntur. Enim verò in contrarium obstat, quod vita contēplatiua in qua versantur religiosi, ex genere & obiecto suo, nobilior sit, & ad dilectionem

nem Dei in se, vt infinitæ est bonitatis, quod præstantius est simpliciter ordinetur: vnde vt obseruat diuus Gregorius, [c] [Marthæ cura non reprehenditur, Marię vero contemplatio etiam laudatur, quoniam magna sunt inquit, vitæ actiuæ merita, sed contemplatiuæ sunt potiora:] tutior quoque est ac securior & pautioribus indigens, contemplatiuæ quam actiuæ viuendi ratio, multísque aliis rationibus [d] pręferenda. Sed facilè est totam hanc controuersiam adhibita vna vel altera distinctione componere: vel enim comparatur hic status cum statu, vel opera cum operibus idque simpliciter, & cæteris paribus, aut secundum quid tãtum & inadæquatè: si primũ dicatur, & vt status perfectionis propriè accipitur, pro morali conditione, secundum quam aliquis perpetuo obligat se, ac immobiliter, ad rectè operandũ, secundum certã aliquam perfectionis regulam.

c Moral. c. vlt.

d Sec. art. 1.

Dubium

dubium non eſt, quin ſtatus religioſorum perfectior ſit, ſtatu inferiorum Prælatorum; quia peculiari obligatione, ac ſolennitate, idque perpetuo vitæ tempore, perfectionẽ profitentur, & ex habitu virtutis religionis, à qua ſpecialiter tales denominantur, actiones omnes ſuas ad Dei cultum proximè dirigunt, ac referunt: quæ tantò ei ſunt gratiores quãtò à pluribus virtutibus & votis in profeſſione ipſa emiſſis imperantur; à quibus proinde maiorem dignitatem recipiunt: [vnde, nihil ſibi ipſis, vt loquitur diuus Gregorius e relinquunt, ſed ſenſum, linguam, vitam, atque ſubſtantiam quam perceperunt, omnipotenti Deo immolant] ipſamque vt ita dicam arborem integram, nedum fructum boni operis, eidem liberaliter donant : quod omnimodam rationem habet holocauſti: nam in aqua decoqui, vel igne torreri tribulationis, differentia eſt

e *Homel. 1. in Ezech.*

potius

potius eſt accidentalis quáuis autem, ipſi Parochi obligentur etiam ad Charitatem,& perfectionem conue-nientẽ ordini, & officio ſuſcepto ,nõ tamen tam ex ſpeciali,quam generali præcepto illis impoſito proficiſcitur,vt ſancta ſcilicet ſanctè tractét, & adminiſtrét ; neque perpetuò cum liberum ſit eis, ſuſceptæ animarum curæ renunciare, adeò vt magis propriè in officio ſint,quam in ſtatu perfectionis;niſi fortè,ſtatus latiore quadam ſignificatione vſurpetur.Sin autem conferatur opus cum opere , in aliquo particulari , & ſecundũ quid, quia minores Prælati & Curiones , opera quædam ex officio exercent, maximæ Charitatis , ac perfectionis, cuiuſmodi ſunt purgare, perficere,& illuminare , in quibus aſſimilantur Epiſcopis ſiue ſint eorum adiutores tantum ſiue etiam in partem ſollicitudinis , ex inſtitutione Chriſti immediatè aſſumpti parum refert: & ex

alia

alia parte propter infinitas occasiones peccandi, & pericula quæ passim, occurrunt, in his operibus exercendis, quæ superare maximè est virtutis, fit vt ratione habita tam qualitatis operis, & difficultatis, quam principij formalis, à quo eliciuntur, nempe charitate maiore erga Deum, ác voluntatis conatu, aliarúmque circonstantiarum, augeatur & maior sit in genere meriti, ratio specifica talis actus, quā alterius cuiuscumque, cæteris paribus. Alioquin, si quis, sit sibi propriæ infirmitatis conscius, perfectius erit illi, ac melius, quod faciunt religiosi, propriæ saluti perfectè intendere, quam bono publico imperfectè & cum euidenti aut saltem valde probabili labendi periculo. Nullū est igitur, Deo Sacrificium acceptius, zelo animarum: si tamē ordinatè fiat: ordo autem charitatis postulat, vt nemo pro altero, in spiritualibus detrimentū patiatur: nā vt loquitur

quitur D. Chryso.[f] [mitius illi sustinendũ esse supplicium puto, qui aliis nõ profuerit, quam ei, qui se, & alios perditũ dederit, cum accepto videlicet illo ministerio, fuerit peccator effectus] ex quo sequitur cõsilij tantum esse, non autẽ præcepti, extra casum tamẽ necessitatis pastorale onus subire, licet perfectè exequi ingentis sit meriti. Sed quidquid sit, nihil in hac comparatione, de vtriusq; status merito, ac dignitate deperit: fieri. n. potest, & sæpe fit, vt qui est in statu perfectionis, nõ sit perfectus, & cõtra, quis sit perfectus, licet non sit in statu perfectionîs, si opera exerceat perfectionis: quod in parabola[g] de duobus filiis significatur, quorum alter patre dicente, vade operari in vineam meam, respondit, eo, & non iuit: alter vero respondit, non eo, & iuit. Quamobrem rectè Cassianus[h] ex sententia Abbatis Moysis, [ieiũnia, inquit, vigiliæ, meditatio scri

f l.6. dialo. c.10.

g Mat. 21.

h In col lat patrum.

ſcripturarũ, nuditas & priuatio omnium facultatum, non perfectio, ſed perfectionis ſunt inſtrumenta, quia non in ipſis conſiſtit diſciplinæ illius finis, ſed per illa peruenitur ad finẽ] eſſentialiter igitur perfectio conſiſtit in charitate, tanquam in fine, in fine autem non adhibetur aliqua menſura, ſed ſolum in iis quæ ſunt ad finem: nã Medicus non adhibet menſuram, vt quantum ſanitatis ſit, ſed quanta medicina: conſilia itaque inſtituuntur ad tollendũ impedimenta charitatis, præcepta vero ad remouendum ea quæ ſunt ei ſimpliciter contraria. Ne quis igitur de alterutro ſtatu, & ordine glorietur, aut alium deſpiciat, præclarè diuus Auguſtinus [i] hac ratione explicauit, duobus in locis; [nihil inquit in hac vita difficilius, periculoſius, ac laborioſius, Epiſcopi, Presbyteri, aut Diaconi officio ſi perfunctoriè agatur, ſed apud Deum, nihil beatius, ſi eo modo

i *Epiſt. ad Valler. Epiſc. Epiſt. ad Donat.*

modo militetur quo iubet noſter Imperator] & rurſum Monachis qui in monaſteriis profecerunt nulli melio-res,& nulli peiores, quam qui in monaſteriis ceciderũt. Vnuſquiſque igitur,prout deſtinauit in corde ſuo,hác vel illam viam eligat; ſi quidẽ Chriſtus, infirmitatis noſtræ cõditioni indulgens, & conſulens, diuerſos viuendi modos ordinauit:quæ diuerſitas tamen, vnitas eſt,quia vtraque in Dei cultũ diuinitus eſt inſtituta qua decora diuerſitate, atque fulgida vnitate, floret ac ſplendet Eccleſia, pulchra filiorum ſuorum vnanimi varietate;non igitur loca vel ordines, cultori noſtro nos proximos faciũt, ſed nos aut merita noſtra ei iungunt, aut mala diſiungunt, nec ſanctorum filij ſunt,qui tenent loca Sanctorum, ſed qui exercent opera eorum.

Quales esse oporteat, qui ad animarum curam assumuntur.

CAPVT VIII.

a *Iusti. Hist. in epito. Trogi.*



VM [a] itaque ex fine & obiecto, actionis cuiusque &, muneris dignitas ac mensura petenda sit, consequens est, non nisi valde peritos, animarum curæ præficiendos esse: legimus quidem Alexandrum magnum, exercitus sui duces, ac Præfectos, quibus tam multas nationes expugnauit, ea vigilantia & studio delegisse, vt singulos Reges esse crederes: adeò vt, ipso in medio cursu, seu potius ætatis flore extincto, cum omnes æqualis prope essent meriti ac virtutis, quilibet eorum Regis insigne, noménque sibi vendicarit. Tantum res ea ad victoriam consequendam momenti ha-

bet, vt non immeritò dixerit aliquis, cuius etiam meminit Tertullianus, b malle ſe, ac formidoloſum magis eſſe Ceruorum exercitum, Duce leone quam leonum Duce Ceruo: eóque diligentius id procurandum videtur quod vt habet diuus Chryſoſtomus. c [Rex terrenus congregat exercitum vt militum laboribus ipſe gloriam conſequatur; Chriſtus autem, congregauit Apoſtolos non vt illorum laboribus ipſe gloriam conſequatur, ſed vt ſuo labore illis victoriam præſtet]: illius tamen & noſtri intereſt plurimum vt id fiat: nam vt idem alibi; d [qui perdit iſtas oues communes, aut lupis rapientibus, aut morbo aliquo, vel quocúmque alio caſu intercidente, vtetur forte apud Dominum gregis excuſatione, quod ſi vltioni ſubiicere cogatur, pecuniarum poteſt eſſe diſpendium: cui verò creduntur homines, grex Chriſti rationalis, primum quidem

b *l. de coro. milit.*

c *Homil. 8. operis imper. in Matt.*

c *l. 2. Dialog. c. 2.*

non pecuniæ, sed animæ propriæ damna perpetitur pro talium ouiũ, perditione.] Quamobrem, commiseratione potius, quam admiratione dignum est, quod cum in omnibus aliis, peritissimos quosque consulamus, & adhibeamus, in promouenda tamen & stabilienda animarum salute, per idoneos Pastores, nullum, aut perexiguum delectum habemus: optimi scilicet, vt cum Diuo Bernardo loquar[c], rerum æstimatores, qui magnam de minimis, paruam vero, aut nullam de maximis, curam gerimus. Et hæc grauis olim, ac iusta SS. Patrum[f] expostulatio, ac quærela: hæc prima mali labes, & rima fuit, ex qua ad nos vsque tanta hæreseom & vitiorum lues irrepsit: fere enim quisque similis ei efficitur, à quo regitur, & educatur: quemadmodum, in cõmuni infantium nutritione accidere solet, quos sapientum iudicio[g], & & experimento constat, cum ipso nutricis

c l. 4. de consid. ad Euge.

f Chrys. l. 3. dialo. c. 10. & 16. Cypr. ser. de baptismo Bernard. de cõsid. ad Eug. l. 4.

g Gell. l. 12. noct. att. c. 1.

tricis lacte, vt plurimum non modo eius corporis humorum qualitatem, sed etiam morum similitudinem haurire, & attrahere. Porrò hic delectus, in tribus potissimum consistit, [h] ætate, doctrina, & moribus: ætas; appetitus moderationem, grauitatem, prudentiam, experientiam, secum affert, & conciliat; eáque regulariter, quo ad inferiores Prælatos, vigintiquínque annorum numero definitur: nec enim decebat, eum, qui nondum sui iuris, ac potestatis esset, quod nulli, ante id tempus, siue ad priuata, siue ad publica negotia tractanda, iure ciuili [i], permittitur dignitatem, ac regimen in Ecclesia obtinere. Propterea, Moysi præcepit Deus [k], vt septuaginta senes, qui & magistri essent in populo, sibi assumeret, in consortium ministerij: & diuus Paulus [l], Tito similiter, vt constituat

[h] *Trid. cõs. sess.24. cap. 12.*

[i] *l. ad rempubl ff. de munerib.*

[k] *Num.11.*

[l] *Epist. ad Tit. c.1.*

Præsbyteros, id eſt, ſeniores, & rectores per ciuitates. Doctrina, verbi diuini concionem, & ſacramentorum vſum, eáque rectè adminiſtrãdi peritiam complectitur: iis enim duobus Spiritaliter paſcimur; ob idque Paſtores, ſuper ſpeculam conſtituti, à Deo; [m] & tubæ ſimiles eſſe prædicantur: vt videant, & annuncient, & clament: Propterea apud Ezechielem, [n] quatuor animalium corpus quibus Eccleſię currus circumducitur totum oculis plenum fuiſſe deſcribitur. Paſtor igitur, [[o] Debet totus eſſe mẽs & oculus, vt ne vna quidem concreditarum ſibi pecudũ depereat, & indigna ſit, quæ rcipiatur à Domino] ne ſi cæcus cæcum ducat ambo in foueam cadant: id enim oculi ſitus, & officium in corpore exigit, vt ſingulis membris proſpiciat, quod ſine ſpiritali lumine, id eſt, Doctrina præſtarę nequit. Mores denique, inculpatum viuendi modum continent; vt enim

m *Hier. 6.*

n 14.c.

o S. *Antioch. Homil.* 111. *de iis qui præſunt.*

enim præclarè Chrysostomus;[p] [eum qui alios regendos suscipit, tanta decet gloria virtutis excellere, vt instar solis, cæteros veluti stellarum igniculos, in sui fulgore obscuret: debet huiusmodi vitam habere immaculatam, atque compositam, vt omnes, in illum, veluti in exemplar aliquod excellens intueantur.] Idque certum est adumbratum fuisse,[q] in virgis diuersi coloris, quas obiiciebat Iacob, in canalibus ante oculos Arietum; vt similes fœtus conciperent; in veste polymita, id est, variis coloribus ac figuris distincta, quam fecit idem Ioseph filio suo: in mirabili ac pretioso ornatu Aaronis, de quo, multa D. Hieronymus,[r] in candelabro penitus aureo, ac septem lucernis insttucto, quod vidit Zacarias Propheta:[s] in vasis similiter aureis, & multis in téplo Dei à Salomone[t] extructis, inter quæ, inerant etiam forcipes aurei, quod aureis moribus præditus esse

p *Hom.10. in ep. ad Hebre.*

q *Gen. 23. & 37.*

r *Tomo 2. oper. ad Fabiol.*

s *Zacar. 5.*

t *3.Reg.c.7.*

debeat, qui aliorum carpit mungítque vitam: Sed de his plura, cum de ſingulis Paſtoris virtutibus, poſtea diſſeremus. Addi tamen poteſt, doctrinam à moribus, & mores à Doctrina, robur & authoritatem ſuſcipere, ac ſeſe mutuo fulcire: quò pertinet Saluatoris ſententia, qui fecerit u & docuerit hic magnus vocabitur in regno cœlorum: vt enim rectè meminit Maximus Confeſſor & Martyr, [x qui cum cognitione operatur, & cum operatione cognoſcit, thronus eſt Dei, & ſcabellum eius, thronus quidem, propter cognoſcendi peritiam, ſcabellum vero propter operationem] Habet quoque multò plus gratiæ, & leporis, cibus ſpiritalis, ſi in mundo, & rite polito vaſe, aut diſco exhibeatur: quinimò, potior videtur eſſe, & magis expetenda, cæteris paribus puritas vitæ & integritas, cum ſufficienti vel mediocri eruditione coniuncta, quàm ſubli

Matth. 5.
u *l. 3. Centu. 3.*

x *Polyd. Anglica. Hiſt. l. 9.*

ſublimitas doctrinæ, morum improbitate obſcurata: ſiquidẽ munus docendi in Paſtore, facilè ab alio, & ſæpe à Deo per ſpecialem infuſionem, ac directionem ſuppleri poteſt, rectè autem viuendi, nullo modo: Quod & Vulſtano, Vigornienſi Epiſcopo, accediſſe fertur: y ſingulari quidem vitæ ſanctitate, non tamen ita cõuenienti Doctrina prædito: qui, cum ob id, à Lanfranco Cantuarenſi Archiepiſcopo, impulſore Guillelmo primo, Anglorum Rege, ſedem ſuam relinquere, & Pontificalia inſignia deponere cogeretur: melior te inquit, his me ornauit, D. Eduardum. Regem intelligens, à quo donatus fuerat Epiſcopatu, cui & reddam: cú'nque huiuſce rei gratia, ad ſepulchrum eius acceſſiſſet, ſpectantibus illis, baculum Paſtoralem tam altè in lapide monumenti infixit, vt nulla inde vi, & arte extrahi potuerit: quo miraculo Rex & Lanfrancus

y Polyd. Anglica. hiſt. l. 9.

perterriti, eundem ſtatim in priſtinum honorem reſtituerunt.

Quo pacto in ſeipſis affecti eſſe debeant, & comparati, qui onus Paſtorale ſuſcipiunt.

CAPVT IX.

MVLTA proponere ſolet Eccleſiæ hoſtis, vt nos ab hoc munere auertat, ignobilitatem eius, ac vilitatem, rite perfungendi difficultatem; pericula: moleſtias: quibus vndique, velut ſpinis & aculeis circumſeptum videtur: at nihil econtra, honorificum magis vtile, ac neceſſarium ſiue etiam iucundum poteſt eſſe. Cur enim vile dixeris, quo ſe Chriſtus nomine commẽdat & gloriatur, quique vt Princeps Paſtorum vltimò apparebit, ſegregaturus Hedos ab Agnis? [Paſtorum innocen

nocentia, vt refert Cyprianus [a], & ſimplicitas, electa eſt, vt laus Chriſti perficeretur; habuítque ab initio huiuſmodi officium, authoritatem: Abel Paſtor, munera de gregibus Deo obtulit, quæ in eo quod cœlitus inflamari viſa ſunt quod grata eſſent Deo, omnibus innotuit: Paſtor Abrahá, Iſaac, & Iacob, viri Deo familiares: Paſtores Patriarchæ duodecim; Paſtor ipſe Moyſes, qui in Eremi receſſu, dum ſequitur pecudes in rubo conſpicit Deum, & poteſtate ſignorum collata populi recepit Principatum: Helizeus de aratro Propheta conſtituitur: Dauid poſt fœtâtes accipitur, & in regis ſolio collocatur:] Paſtoris nomen, & vox, humanitatē indulgentiam, affectum præ ſe fert ac ſonat: propterea diuinus Plato, [b] Regem Homerico more, vocat humani generis Paſtorem & Curatorem, eúmque totius generis humani quaſi vnius Ouilis vnum tantum Paſtorem

a *Sermo. de nat. Domini.*

b *l. De regno.*

ſtorem eſſe debere definit: ſoli Ægyptij [c] typicè congregationem Sathanæ præſignantes, hoc genus vitę execrantur. Nobis igitur explicandum eſt, quando & quo fine ſuſcipiendum videatur; ſi enim oculus tuus, id eſt, intentio, quæ regula eſt actionis cuiúſque nequam fuerit, totum corpus, id eſt, opus, tenebroſum erit: ea autem ſanctorum patrum authoritate, & exemplo, iudicatur eſſe euidens Eccleſiæ vtilitas, aut neceſſitas, qua ſublata tolli debet voluntas omnis & cupiditas obtinendi; ita enim explicat diuus Thomas [d], docens Epiſcopatum nec appeti, nec peti poſſe, niſi ob manifeſtam neceſſitatem, vt pote cum nullus vellet hoc onus ſuſcipere, aut nullius ad hoc idoneus reperiretur, vel probabile, periculum eſſet, ne incorruptum moribus, vel hæreticum incideret, qui magis obeſſe poſſit quam prodeſſe: in quo communi ſaluti proſpiceretur perſpi

c *Abulenſ. in c. 8. Exo. c. 15.*

d 2. 2. *qu.* 18. *art.* 1.

perſpicua ſunt imprimis verba D. Petri apud Clementem, [e] ſi pericula pati timens, Eccleſiæ gubernacula ſuſcipere refugis, certus eſto quod grauius peccas quam ſi populum Dei in mari fluctuantem cùm iuuare poſſis ſubterfugis tui tantummodo conſiderationem habens. Athanaſius [f] certè in eo totus eſt vt id Dracontio perſuadeat, multóſque refert Monaſtici ordinis clariſſimos, Serapionem Appollodium Ariſtotenem, Ammonium, qui eam curam ſuſceperint neque propterea inquit, ſeipſis deteriores facti ſunt, ſed & mercedem laboris expectant, proficientes ipſi alióſque proficere adhortantes. D. quoque Gregorius [g] [is inquit, qui valet omnipotentis oues paſcere, & contemnit, oſtendit ſe Paſtorem ſummum nō amare: ſi enim vnigenitus Dei, pro explēda vtilitate omniū, è ſecreto patris egreſſus eſt ad publicam noſtrā ſalutē, quid dicturi ſumus ſi ſecre

e *Epiſt.1.*

f *Epiſt.ad Drac.*

g *l.6. Regiſt. c.169.*

si secretum nostrũ præponimus vtilitati proximorum? quies itaq; nobis est ex corde appetenda, & tamen pro multorum lucro aliquando postponenda.] Idem quoque alibi exponit [h] cur factum sit vt Domino quærenti, quem mitteret Isaïas vltrò se obtulit; & tamen Hieremias requisitus se excusauit; nisi vt nobis constaret, duo esse præcepta charitatis, in Deum scilicet & proximum, & primum quidem per contemplatiuam vitam, secundum vero per actiuam expleri & consummari. Eò spectat legalis [i] illa præceptio, de suscitanda prole fratri demortuo absque liberis, ducendo superstitem ac relictam eius vxorem: quod si facere recusasset, mulieri licebat, in eius faciem conspuere, eúmque priori pede discalciare qua cæremonia haud dubiè significatur, Christo quasi sine filiis defuncto, & nondum completo prædestinatorum, munero, debere Ecclesiæ

suæ

h l. 1. pastor. c. 7.

i Deute. 25. c. Gregor. supra c. 5.

ſuæ curam gerere ac ſpiritalem ſobolem procreare: qui eam rectè gubernare poſſit; alioquin illi tanquam ingrato ex muneribus acceptis, & quibus aliis prodeſſe recuſat opprobria & contumelias ab eadem repēdi opportere. Similis eſt alluſio Prophetæ [k] *quo pulchrior es virgo deſcende, & dormi cum incirconciſis*: id autem fit cum quis è ſublimi contemplatione, & animi perfectione, ſi res exigit, ad humilem actionem ſe demittit, vt infirmos & peccatores quaſi in ſinu foueat, & virtute ſua erigat: quod ipſe D. Gregorius, Auguſtinus, Ambroſius, ac pleríque alij diligenter perfecerunt [l], nec pecuniam Domini ſui repoſitam & quaſi ligatam in ſudario habere voluerunt. Propterea Antonium Abbatē clariſſimum legimus,[m] aliquando intermiſsâ Eremi quiete, Alexandriam contendiſſe, pugnaturum aduerſus hæreticos fidem Catholicam perturbantes: E regione vero,

k *Ezech. 31.*

l *Amb. c. 1. de dign. Sacer.*

m *Marrul. l. 3. exemp.*

verò, Adebertum Pragensem Episcopum, cum nullis se prædicationibus apud suos proficere animaduerteret, Episcopatum reliquisse, & summi Pontificis consensu in Cænobio Cassini montis vitam monasticam professum esse, [qui enim inquit, Chrysostomus [n] virtutem in se solo exercet, suam tantum curat vtilitatem. Pastorale verò omne lucrum communiter transit in populum :] itaque [otium sanctum [o] quærit dilectio veritatis, negotium iustum suscipit necessitas dilectionis.] Difficultas tamen magna est obeundi huius muneris, fateor, periculum : ingens, ac sollicitudo incumbit, totísque viribus conatur malignus Spiritus, vt loquitur Laurentius Iustinianus [p] animos eorum qui in Ecclesia præsunt, nunc palam, interdum verò occultè euertere, & vt militare signum deiicere, interius exteriúsque occasiones peccandi obiiciendo, honoris,

n l. 2. dialo. c. 3.

o Aquit. Prosp. l. senten. d. Aug.

p De Regi. Prælat. c. 16.

noris, diuitiarum, delitiarum, cupiditatis; carnis ac ſimilium: at id quidem longè ante Apoſtolis prædixerat Chriſtus: p *Expetiuit vos Sathanas vt cribaret ſicut triticum.* Sed ſtat diuinũ promiſſum, *Ego autem oraui, vt non deficiat fides tua.* Nec enim credibile eſt aduerſario noſtro, Deum maiorem vim, & potentiã, ad inferendã tentationẽ, ac iniuriã indidiſſe, quã nobis ad propulſandã reliquiſſe: quãobrem ſicut in ordine naturali, Deus nobiliori modo cõcurrit cũ nobilioribus cauſis, & magis neceſſarias corporis partes, plurib. firmat adminiculis, vt patet in fabrica oculi, in ſitu & cõſtitutione cordis, ita in ſtatu gratiæ, Eccleſiæ Prępoſitos, maiori pręſidio gratiæ circundat ac protegit: eiſq; q præter angelum cuſtodem ad priuatas actiones dirigẽdas, vt par eſt credere, ad publicas etiã Arcangelũ vel Principatum aſſignauit. Tantum abeſt, vt quidam obiiciebant apud Athana-

p *Luc. 22.*

q *Abulen. in c. 18. Matt. q. 57.*

cium, quod Episcopatus, & Pastorale officium, causa sit peccati, aut inde oriantur occasiones peccandi, cùm potius multum conferat ad augmentum meriti cùm identidem in eo virtutum omnium praxis occurrat, & ex animarum cultura, summa voluptas capiatur, spe certa, & expectatione vberrimi prouentus: quo abunde labor omnis ac molestia compensatur: quæ si fallit, vt aliquando fallere potest, etiá in rustico agro [Si semẽ per te iactum auditor [r] non receperit, nec obedientiæ fructum tulerit, tu tamen communicati consilij mercedẽ fers à Deo, quod enim erat in te præstitisti:] voluntatem quidem impellere, & allicere quilibet potest, cogere autem nemo, ne quidem Deus ipse; nihil est igitur quod nos ab laudabili instituto auocare debeat.

r *Chrys. concio. 1. de Laza.*

De

De triplici Paſtorum genere.

CAPVT X.



X dictis, colligi poteſt diſcrimen inter ipſos Paſtores, acuratè à Chriſto [a] & conuenienti nomine expreſſum, vt pote, quod alius ſit fur & latro, alius mercenarius, alius denique bonus ac verus Paſtor: *ego ſum*, inquit, *oſtium, qui non intrat per oſtium in ouile ouium, ſed aſcendit aliunde, ille fur eſt & latro.* Hoc autem tribus modis contingit, primo reſpectu infidelium, ſecundo, hæreticorum, tertiò ipſorum etiam fideliũ: Cum enim fides quæ in Chriſto, & per Chriſtum habetur, ianua ſit ac fundamẽtum ſalutis, qui totam fidem abnegat, vt infidelis aliunde aſcendit, nec vtique vt diſparatum, & alterius ordinis membrum cum alio

[a] Ioan. 10. c.

Fur & Latro.

coniungi &, cohærere poteſt: quæ enim communicatio fideli ad infidelem, aut participatio lucis ad tenebras? qui vero partem eius aſtruit, partẽ vero deſtruit, vt hæreticus, adulterat & fallaci imagine fidei maiorẽ perniciẽ infert: id autem fit, cũ præter antiquam & receptam Eccleſiæ traditionem, apertam ſcripturæ ſacræ authoritatem, aut expreſſam etiã reuelationẽ, quibus vt certis regulis fidei veritas continetur, falſum aliquod dogma proponit, & quaſi imaginationis ſuæ idolũ colit & amplectitur: qui deniq; licet fidelis, prætio, vel fauore, ſymoniacè aut etiam non canonicè inſtitutus, ac miſſus ab eo, penes quẽ legitima eſt poteſtas, furtim ſeſe intromittit & intrudit: ille fur eſt ac latro, neceſſe eſt enim vt breui, ſub ouina pelle latens eius rapacitas detegatur: *fur non venit niſi vt furetur & mactet, ac perdat*; nam infidelis ſacrilega ſuperſtitione, & idolo-

rum

rum cultu animas mactat ac immolat Dæmoniis, hærecticus libertate carnis quã inuehit, libertatẽ ſpiritus deſtruit, erronea doctrina, ac blãdo ſermone, qui vt cancer ſerpit, mentes ſimplicium inficit, & vt loquitur Athanaſius [b] [vna cum Diabolo dormientes obſeruat, vt aſperſo ſuæ peſtilentiæ veneno, habeat qui ſecum moriantur:] ſymoniacus deniq; falſo titulo ac minus canonica electione, Eccleſiaſticæ diſciplinæ ordinẽ euertit morúmq; prauitate corrũpit; quæ enim malo ſunt inchoata principio, plerúmq; infælices habẽt exitus; adeo vt, vel dignitate quã obtinet cedere debeat, aut nouã quã primum poterit eius collationem procurare. Quamobrẽ obiicienti cuidã Epiſcopo, ordinatus Epiſcopus nõ fuiſsẽ ſi pecunias non dediſſem; præclarè reſpondet D. Ambroſ.[c] [gratiam cum ordinareris non ſuſcepiſti, quia gratuitò eam non meruiſti & ideò ſi gratiam non

b Orat. 2. contr. Arria. Sſiritus

c De dignit. Sacer. c. 5.

accepiſti, quomodo Epiſcopus effici potuiſti, vt video aurum dans perdidiſti, & gratiam ſanctam non recepiſti.] Quam ſymoniæ labem ita deplorat Laurentius Iuſtinianus.[d] [grāde prorſus & pene inexplicabile facinus, quando rationales Chriſti oues, auarus Paſtor venales facit, & pro mammona iniquitatis, mercede conducit animas quæ nullo valent comparari pretio, nullóque æſtimari theſauro] in quos ſcilicet quadrat illud D. Auguſtini[e] [magis quam Iudæi & pagani coërcendi ſunt, qui ſe volunt dici Paſtores cum non ſint paſcentes ſed animas deuorantes. Addit præterea Chriſtus , *Mercenarius autem, & qui nō eſt Paſtor, cuius non ſunt oues propriæ, videt lupum venientem & dimittit oues ac fugit, & lupus rapit & diſpergit oues: mercenarius autem fugit, quia mercenarius eſt & non pertinet ad eum de ouibus:* Eiuſmodi certè eſt quiſquis, licet ritè in Eccleſia ordinatus ſola

d *l. de regi. prælat. c. 16.*

e *Serm. 1. de accedentibus ad gratiam.*

Mercenarius.

ſola occaſione lucri & commodi proprij, oues ſibi commiſſas paſcit, non ſicut Chriſti, ſed ſicut ſuas; vt obſeruat Auguſtinus [f] [propterea inquit, toties inculcata vox Chriſti ad Petrū, diligis me plus his, paſce oues meas, non te paſcere cogita, ſed oues meas, & ſicut oues meas paſce, non ſicut tuas, gloriam meam in eis quære non tuam, Dominium meum, non tuum, lucrum meum nō tuum,] longè tamen ſecus accidit, nam vt idem alibi [g] [alij ſunt qui propterea tenent paſtorales cathedras, vt Chriſti gregibus conſulant, alij qui propterea in eis ſedent, vt ſuis honoribus & temporalibus cōmodis gaudeant.] Contra id quod monet Apoſtolus, paſcite ! qui in vobis eſt gregem, non coacte ſed ſpontaneæ neque turpis lucri, gratia, neque vt Dominantes adeò vt ſicut quidam ſcripſit [h] [pactū videatur mercenarius iniſſe cum Diabolo, vt animas habeat, ipſe autem cætera

f *In milo loqu.*

g *Epiſt. 205. ad felicia.*

h *Hugo. card. 1. parte i s c. 14. genes.*

omnia, id eſt, lac & lanam, & Chriſtus qui animas creauit, & ſuo ſanguine redemit, ac bona temporalia ei conceſſit, tanquam proſcriptus nihil habeat[i]?] qui tamen in hoc mundo nihil aliud videtur poſſidere velle quam animas noſtras. Quam impietatem longè ante prædixerat Propheta[k] *ſuſcitabo Paſtorem in terra, qui derelicta non viſitabit, diſperſa non quæret, & contritũm non ſanabit, & id quod ſtat nõ enutriet, & carnes pinguium comedet & vngulas eorum diſſoluet*, ac tandem exclamat *ô Paſtor & idolum derelinquens gregem*: tam ſceleratus eſt vt obſeruat D. Hieronymus[l] [vt nõ idolorum cultor, eſt autem auaritia idolorum cultus, ſed ipſum idolum nominetur, dum ſe appellat Deum, & vult ab hominibus adorari, quo dereliquit gregem à beſtiis deuorandum, quem Dominus tanto tempore cuſtodierat:] propterea additur, *gladius ſuper brachium eius, & ſuper oculum dextrum*

i Laur. Inſt. c. 4. de regi. prælat.

k Zacar. 11.

l Tom. 3. comment. in Zacar. in c. 11.

dextrum eius: quaſi per omnia futurus ſit inutilis, qui nec recta intentione mouetur quæ per oculum, nec debita operatione inſeruit, qui per brachium deſignatur. Ob idq; aſſimilatur cani muto, & non latranti, dormienti & conſopito à Dæmone, vt irrumpat in ouile Chriſti, m coruo denique ob morum nigredinem, prædicationum raucitatem, oblationum ac decimarum ingluuiem, neque ſtatim propterea abiiciendus, ac repellendus mercenarius, quia vt docet Auguſtinus, n [malis dominandi poteſtas datur, ſumma Dei prouidentia, quando res humanas iudicat talibus Dominiis dignas:] quod hac ſimilitudine illuſtrat Cyprianus o [ſicut naues quæ per pelagus inuehunt inſtitores, quarum rectores potius eorum quos ducunt pecuniis inhiāt, quam ſaluti, & tamen mare huius ſæculi neceſſarios habet huiuſmodi tranſuectores, alioquin ceſſabunt

m *Turrecremata in c. non omnis q. 7. & gloſ.*

n 1. *De ciuit. c. 19.*

o *Serm. de Baptiſ.*

commercia, nec ex transmarinis regionibus aliorũ inopia habebit subsidium si vehicula tollantur, imo & pelagus irremigabile relinquetur, ita bonis malorum ministeria sæpe suffragantur.] Quid igitur in his consilij? fur & latro fugiendus, & præcauendus mercenarius tollerandus, bonus & verus Pastor ex animo diligẽdus ac suscipiendus est. Quis sit autem bonus Pastor subiicitur; *primo, qui intrat per ostium*, quod est Christus, per quem si ingrediatur *saluabitur, ingredietur & egredietur & pascua inueniet*: [illum missum à Deo cognoscimus, inquit, Augustinus p quem non paucorum hominum laudatio, vel adulatio elegit, sed illum quem & vita optima, & Catholicorum examen commendat Sacerdotum; vel etiam, qui vniuersorum populorum iudicio comprobatur, qui non appetit præesse, nec pecuniam dat vt Episcopatus honorem acquirat.] Quincúnque

Bonus Pastor.

p *Dial. ad Oros.*

qui q igitur vocatur, à Christo, & per Christum ad oues ingreditur, saluabitur, ingredietur vt accipiat internorum scientiam, spiritalium Sacramẽtorum gustum, sui cognitionem, charitatis donum, proximorum cõpassionem, & ad tollerantiam aduersorum constantiam; & sic charismatibus confortatus, egredietur missus à Deo, ad curam & regimen animarum, & pascua inueniet, non solum virentis doctrinæ & cœlestis sapientiæ quæ dispenset, sed & gratię etiam in præsenti: & gloriæ in futuro, quam assequetur: secundo, qui sicut Christus animá suam dat pro ouibus suis, in quo supremus amoris gradus in Pastore exprimitur, vt non tantũ scilicet charissima quæque, sed & vitam ipsam pro ouibus exponere paratus sit: propterea non otiosè ac frustra ter à Christo Petrum interrogatum fuisse legimus r *diligis me plus his*? eúmque affirmatiuè respondisse *etiam Domine*, hoc

q *Laurent. Iust c.2. de regi. prælat.*

r *Ioann.21.*

hoc eſt pulſquam tua, pluſquá tuos, pluſquam te, quæ eſt perfecta & abſoluta ſui renunciatio. Additum vero fuiſſe, *paſce oues meas*: [interrogat diſcipulum Magiſter [s] ſi ab eo diligatur, nõ vt illud ipſe cognoſcat qui in profundum humani cordis ingreditur ſed vt doceat quanta ſit ei de gubernatione gregis ſui cura.] Denique *qui proprias oues vocat nominatim, & educit eas & vadit ante eas*. Hoc autem fit cum diligenter agnoſcit vultum pecoris ſui, & non tantum generalem. Sed etiam propriá & peculiarem cuiuſq; in indiuiduo curam gerit, eiq; pro conditione & modo proſpicit, tempore & loco conuenienti, ad ſpiritalem profectũ excitat: quod vt illi facilius ſit, vita & exẽplo prælucet: [tunc oues ſequuntur illum [t] quia agnoſcũt vocem eius, eiq; bene viuẽdo obtemperant, nec immeritò, nam in eo Paſtorem verũ, inhabitãtem ſentiunt, audiunr loquẽtem, dicentem,

s *Chryſ. l. 2. dial. c. 2.*

t *Laurent. iuſt. ſap.*

centẽ, hortantẽ, allicientem, amplectẽtẽ, & hoc est, quod testatur Aug. [u] pascere Christum, pascere Christo, præter Christũ sibi non pascere: qui vt bonus Pastor, vigilat super nos vigilãtibus nostris, vigilat & dormientibus nostris: quãta igitur [x] debet esse nostra securitas, pascente Deo, non tantum qui fecit nos, sed etiã qui redemit nos. Hæc ille;] Breuem vero & expeditam boni Pastoris formã longè ante Iacob, à Labã discessurus expresserat, [y] *hi sunt* inquit, *viginti anni quibus tecum fui, oues tuæ & capræ non fuerunt steriles, arietes gregis tui nõ comedi, nec captum à bestia ostendi, tibi ego damnum omne reddebam, quidquid furti peribat à me exigebam, die noctúque æstu vrgebar & gelu, fugiebátque somnus ab oculis meis*, vidisti [exclamat diuus Chrysostomus, [z] Pastoris diligẽtiam, vidisti intẽtum studiũ, qualem habebunt excusationẽ ij quibus rationales greges crediti sunt, & magnam præ se ferunt negligentiã, & quotidie

u *l. De pasto.*

x *Idem c. 2. l. de ouib.*

y *Gen. 31.*

z *Hom. 5 in Genes.*

iuxta Prophetam pecudes alias ma-
ctant, alias à bestiis captas contem-
nunt, alias verò ab aliis captas redu-
cere non curant, addítque, si Domi-
nus noster sanguinem proprium pro
illis effundere non declinauit qua
venia dignus fuerit, qui sic honora-
tam à Domino ouem despicere vo-
luerit, & non omnia quæ potest in
curanda ouicula non adimpleuerit.



SECVN



SECVNDA PARS.

DE REQVISITIS IN HOC ORDINE VIRTVTIBVS.

Qua ratione Parochum residere oporteat.

CAPVT I.

NATVRALE est, vt non agat causa inferior, nisi motione & influxu superioris, cùm itáque non sit aliud Ecclesia & ouile Christi, quam plebs Sacerdoti & Pastori grex adunatus vt loquitur D. Cyprianus [a] euidens

[a] *Epist. 66. ad Pupia.*

dens est operandi modum ac similitudinem ab eodem proximè petendum esse: ob idque, vocatur Pastor ab Apostolo [b] *forma gregis*, vt per eius scilicet ideam & exemplar virtutis operetur: quod non obscure iudicatum fuit à Deo Moysi facies secundum similitudinem quæ ostensa tibi est in monte; est autē Prælatus mons, & Ecclesia ciuitas, cuius fundamenta in montib⁹ sanctis. Sic quippe vt scribit D. Chrysostomus [c] natura comparatum est vt regentium mores vulgus imitetur, & quasi in imagine ita in vita præsidentium intendens studeat illorum quam potest fieri simillimum; ac ita quod habet Gregorius Naziázenus.[d] mundari prius oportet, & sic alios mundare, sapientem prius fieri, & sic alios facere sapientes, lumen fieri & sic alios illuminare, ad Deum accedere & sic alios ad Deum adducere: locus igitur postulat, vt de necessariis & requisitis in vero

b 1. Petr. 5.

c 14. l. de dign. Sacerdotali.

d Ap. Dyo. Cart. lib. de stat. curat. art. 19.

vero Paſtore virtutibus diſſeramus: eæ autem ſunt in duplici differentia, aliæ illi conueniunt vt priuata quædam perſona eſt, ac proinde Chriſtianis omnibus communes ſunt, nec de his noſtri inſtituti eſt prolixius agere aliæ verò vt publica eſt, quod aperte indicat. D. Auguſtinus : [e] [habemus inquit, duo, vnum quod Chriſtiani ſumus, alterum quod præpoſiti ſumus; illud quod Chriſtiani ſumus, propter nos eſt, quod autem præpoſiti ſumus propter vos eſt : in priori attenditur vtilitas noſtra, in poſteriori verò non niſi veſtra.] Quamuis autem in omnibus aliis, nō tam ſpectetur morum quam artis perfectio, vt pote bonus ne ſit aut malus Rethor, vel Medicus, modò rite ſuo munere perfungatur, ſecus tamen hic ſe res habet nec aliis prodeſſe poteſt, qui ſibi nequá eſt: propterea ex vtráque neceſſario perficitur. Porrò inter virtutes quæ Præſulem ipſum imme-

e l. de Paſt.

diatè circunſtant, prima omnium occurrit reſidentia,& quam proximè comitatur ſollicitudo, aç vigilantia ſupra gregem ſuum, eiuſmodi certè, ac tã neceſſaria, vt vix ab eo ſeparari poſſit:cum enim inter vtrumq; ſpiritale interſit cõiugium, ſimul cohabitare,nec temerè ac niſi graui de cauſa abeſſe debet:propterea rectè Cyprianus affirmauit [f] Epiſcopum in Eccleſia, & Eccleſiam in Epiſcopo eſſe debere:& Athanaſius. [g] Sicut neminem ſine diplomatibus in Eccleſiam introire, ita nec egredi ſine diplomatibus oportere, & populum deſerere: niſi probata abſentiæ cauſa, vnde tam multa antiqui canones & concilia circa reſidentiam præſcripſerunt [h] vt non ſit amplius de eius obligatione,ſiue ſit diuino,ſiue Eccleſiaſtico iure introducta dubitandũ: Nõ eſt tamen tam ſtrictè & quaſi mathematicè accipiẽda reſidentia vt Parochus eidem ſemper loco affixus eſſe debeat,

f *Supra.*

g *Epiſt. ad Conſtan. Auguſt.*

h *Can. peruenit. 6. qu. 1. de cleri. non reſiden. c. cum ex eo de elect. in 6. Trid. cõc. ſeſſ. 23. c. 1. de reforma.*

debeat, & audire, ne hanc lineam transſeas, ne te veſtigio moueas, nam & euidens Eccleſiæ vtilitas, vrgens neceſſitas, grauis inimicitia, ac perſecutio, & qua non tam gregis quam Paſtoris procuratur pernicies, valetudinis ratio, breuis ſiue loci, ſiue temporis interuallo, abſentia, ac ſimilia, legitimæ ſunt cauſæ non reſidendi. Itaque cum per modum præcepti affirmatiui tradatur, quod non ſemper obligat, in eā cadere poteſt diſpenſatio, & ab ipſo etiam iure, licèt modicum tempus cōceditur non reſidendi [i] quod vltrà tamen protendi, niſi probata ab Epiſcopo cauſa non debet. Generaliter verò, hac in parte, multa ſunt arbitrio viri prudentis, & ipſius Paſtoris conſcientiæ relinquenda; quam æquam decet eſſe, ac prouidere imprimis, ne ratione abſentiæ, Eccleſia detrimenti aliquid, ſiue in temporalibus, ſiue in ſpiritalibus patiatur: Si tamen

[i] *Trid. conſ. ſeſſ. 23. c. 1. de refor.*

tale aliquid præter intentionem, aut fortuitò acciderit non proinde animo torqueri debet, nec id tam eius culpæ quàm diuinæ prouidentiæ, quæ permittit & cuius penitus nobis ſunt ignotæ rationes adſcribendum videtur: nec quemquam Paſtori ob eam rem, moleſtum aut iniurioſum decet eſſe. Explicatione tamen opus eſt, an liberum ſit illi, ad longum tẽpus non reſidere, ad vitandum popularem & contagioſum morbum, ſiue ad declinandam certam & imminẽtem perſecutionem: res verò eſt explorata, in priori enim caſu certum eſt teneri ad reſidendum: cum enim ſalus animæ proximi, nobilioris ſit ordinis quam vitæ propriæ & corporis, debet Parochus ex iuſtitiæ obligatione, nedum charitatis, neceſſitate occurrente ſubditis Sacramenta Eccleſiæ ac ſpiritalia ſubſidia ſi nõ per ſe, ſaltem per alium idoneũ miniſtrum impartiri; in poſteriori verò adhi

adhibenda est distinctio, nam aut est extrinseca & communis, tam Pastori quam gregi persecutio, [k] cuiusmodi est quæ ab infidelibus aut hæreticis infligitur, & tunc si simul omnes fugiunt, & ipse etiam fugere potest & gregem suum sequi; si pars autem tantum fugit, & altera manere vult residere nihilominus tenetur, & cum ea si opus sit commori: ratio affertur à Nicolao Papa [[l] quoniam si perniciosum est inquit, nautam in trãquillitate nauem relinquere, quanto magis tempore necessitatis:] Sin autẽ persecutio sit intrinseca & procurata in odium tantum ipsius Pastoris, vel ab externis inimicis vel ab iis etiam qui suę sunt iurisdictionis fugere potest, & vitam conseruare, quæ adhuc vtilis futura est Ecclesiæ; exemplum Christi secutus & præceptum, qui ipse se occultauit ac fugit & Apostolis vt id facerent indicauit.[m] Nam vt rectè Athanasius [[n] in æqualibus est se

k *Abulens. q. 110. in Matt.*

l *Can. scititamur 7. qu. 1.*

m *Ioan. 7. & 8. Matt. 7.*

n *Apolo. ad Constan.*

ipsum occidere, & se inimicis ad occidendum propinare, qui autem fugit vt Dominus præcepit, is temporum articulos nouit:] itaq; expectandum vult, o donec ipse temporis definitor Deus hoc ipsum illi indicarit vel persecutores inhibēdo, vel persecutoribus tradendo prout illi opportunius videbitur. Interim tamen potest occultè ouibus suis prouidere, nō se prodendo aut etiam per Epistolas sufficienter gregem suum cōfirmare. Si autem qui suæ sunt iurisdictionis vnanimiter in eum conspirant, nec vlla spes eorum est conuersionis, maximè si alibi existimat se magis profuturum deserere potest: & ita D. Benedictus quosdam monachos deseruit, vt refert S. Gregorius p quod si demum ex suis aliqui boni sunt, aliqui mali, patienter tenetur afflictionem sustinere, vt bonis prosit & eos cōfirmet, sicut Ecclesia sępe multos malos, propter bonos paucos sustinet, quos

o Apol. de fuga sua.

p 2. l. Dial.

non

non decet ob aliquorũ improbitatẽ iure suo defraudari. Quidquid sit, sine residentia concipi non potest perfecta vigilantia, & sollicitudo Pastoris, tantò maior in eo futura, quantò grex spiritalis pręstat terreno: nam vt animaduertit Laurẽtius Iustinianus q [singuli propria tractant negotia, & pro sua laborant salute, at verò totius Dux exercitus, præter suá gerit omnium curã, quibus ipse exercitus alatur cibis, quibúsve vtatur equorum stramẽtis secum tacitus cogitat, ac de vniuersorum idemnitate prouidet] quæ nõ residens & absens difficillimè præstare potest: hinc vetus illa paræmia, oculus Domini, id est, præsentia pascit equũ, sed nec aliud sanctiores Philosophorũ libri monẽt r quam vt in nobis ipsis tantũ imitamur, ac neq; ab aliis expectemus quod ipsi præstare possumus, maximè verò in re grauissima ac tãti momẽti: *Si spoponderis pro amico, illaqueatus es verbis oris tui*

q De regi. prel. c. 17.

r Gell. l. 2. noct. atti. c. 29.

Prouerb. 6.

quanto magis si pro ouibus Christi: Tandem magnopere metuendum est ne si quæ Dei sunt, & animarum salutis semper aut frequentius quàm par sit per vicem & opem alienam procuratorio nomine exequamur, non nisi per procuratorem, ipsi foras eiecti, sedem ac locum in cœlis habeamus.

Quanta in eo debet esse humilitas.

Capvt II.



Hvmilitas in Pastore, non solum ratione sui, sed eorum etiam quibus præest imprimis necessaria est: Sicut enim rerum omnium, & scientiarum initia ac primordia, angusta primum, & debilia fuerunt, conuenienter ipsi naturæ, quæ à simplicio-

ribus

ribus & imperfectis ad compoſita & perfecta tendit, ita planè à radice humilitatis totius Eccleſiæ altitudo cõſurgit: Qui enim magnam fabricã facere vult prius de humilitate fundamenti cogitare debet, [magna [a] ſublimitas magnam debet habere cautelam, grandis honos grandiori debet ſollicitudine circumvallari:] id autem fit beneficio humilitatis, munitas vrbes ædificantium more, qui vt difficilior hoſtibus pateat acceſſus, humilem & profundam foſſam circumducunt, oritur vero hæc virtus ex perfecta ſui cognitione [b] nam ſicut ignorantia præſumptionem, & præſumptio inducit caſum, ita ſcientia humilitatem, & humilitas augmẽtum parit gratiæ; hæc inquam humilitas, eſt religionis ſtabilimentum, condimentum orationis, fomentum charitatis, ſalutis medium, compunctionis initium, ornamentum Prælationis, & totius forma virtutis, inter-

a *Ambr. l. de dign. Sacer. c. 5.*

b *Laur. Iuſti. de regi prel. c. 16.*

pellatrix gratiarum, virtutum custos, & praeciosissima corona Praesulum: sine qua nullus in dignitatis culmine positus potest esse securus, innitentem se sibi, sustentat ne corruat, se quaerentem consolatur ne deficiat, séque amplectentem erudit, ne iudicando praecipitet.] Nec id mirum est, ita enim antiquus hostis primorum parentũ mentes, vt arcem totius naturae spiritu superbiae occupauit, vt haec quasi naturaliter nobis insita, aegrè admodum euelli possit: vt non immeritò dicere quis possit, honoris & gloriae appetitum, similem esse interiori hominis tunicae, quam nemo nisi vltimò à se detrahi, & expoliari velit: propterea D. Gregorius.[c] [Humana mens, inquit, plerúmque extollitur, cum nulla potentia fulcitur, quanto magis in altum se erigit cum se ei potentia adiungit? quem fastum vt Deus in nobis deprimeret, natura aequales omnes homines fecit,

c 2. part. past. c. 6.

cit, omniúmque idem eſt ortus & exitus. Quamobrem qui præſunt, non poteſtatem debent ordinis, ſed æqualitatem penſare conditionis, nec tam timeri velle quam amari à ſubditis; homo quippe brutis animantibus, non autem hominibus cæteris, à natura prælatus eſt, & ideò dictum eſt ei, timor & tremor veſter ſit ſuper cuncta animantia terræ, quia contra naturam eſt ſuperbire, & ab æquali timeri velle, & tamen neceſſe eſt vt Rectores à ſubditis timeantur, quando Deum minimè timere volunt, vt humana ſaltem formidine peccare metuant, qui diuina iudicia non formidant:] itaque [d] [nomen ſeruitutis culpa genuit non natura, & prima huius ſubiectionis cauſa, peccatum eſt, vnde melior eſt eorum ſtatus qui famulantur homini, quam qui ſuæ ſeruiunt cupiditati;] quoniam enim [e] omnes infirmi ſunt & paſſionibus pleni quod per ſe

d Proſp. Aquita. l. ſent. d. Aug.

e Laur. Iuſt. ſupr.

se nequeunt, expedit vt sub alieno dirigantur ducatu, sicut ægroto corpori accidit si proprio relinquatur arbitrio, vt semper saluti cōtrariā appetat, & ipse suæ mortis sit causa: idē de spiritali languido existimandum est; rectè igitur Augustin. [[e] qui vobis præest nō se existimet dominante potentia, sed charitate obsequente fœlicem, honore corá vobis prælatus sit, amore coram Deo subditus pedib. vestris, plus à vobis amari appetat quam timeri] ideo scriptum est, [f] *Rectorem te posuerunt noli extolli, sed esto quasi vnus ex illis*: virtutem hanc Christus verbo & exemplo commendauit [g] *Discite à me quia mitis sum & humilis corde*: Apostoli quoque Paulus enim se fratribus Prælatum esse nesciebat [h] *adiutores enim*, inquit, *gaudij vestri summus*: & rursus, nos *autem serui vestri per Christum*. Notam vult, esse Chrysost. [i] qua fidelis & Christianu

e Epist. 109.

f Eccl. 31.

g Matt. 11.

h 2. Ad Cor. 1.

i Hom. 19. in Mat.

ſtianus ab hæretico & infideli diſcerni poſſit:[qui inquit, ſecundũ Deum vocem humilitatis & confeſſionis emittit ouis eſt, qui vero aduerſus veritatem turpiter blaſphemus vlulat contra Deum, Lupus eſt] nec immeritò, ſicut enim vita corporalis in humido radicali, ita & ſpiritalis in rore & conualli humilitatis conſiſtit ac reponitur : quia vt loquitur beatus Fulgentius [[k] gratia facit vt humiles ſimus , & humiles perſeuerare poſſimus, qui enim potuit quod non habuimus dare? ipſe poteſt quod non accepimus cuſtodire ;] eámque vocat principalem virtutem , vt pote quæ adiunctam ſemper habeat gratiam , à qua cæteræ virtutes vt meritoriȩ ſint informantur. Neque tamen ob id, aduerſatur humilitas grauitati quæ in Paſtore requiritur, ſed eam potius & maximè illuſtrat , quamuis enim [l] niſi caſus neceſſitatis, aut euidentiſſimæ vtilitatis occurrat, debeat in

k *Epiſt. 3. de virg. & humili.*

l *Abulenſ. q. 19. in 4. Reg. c. 6.*

in omnibus ſeruare grauitatem, imo peccet niſi id faciat, vt Eccleſiaſtica diſciplina obſeruetur, & ne eius miniſterium vituperetur, modus tamen adhibendus eſt, ne in ſuperbiam incidat & laqueum diaboli; quod in Samaritano, inquit D. Gregorius [m] [prę-ſignatum fuit, qui oleum vino admiſcuit, & in arca etiam tabernaculi, in qua cum tabulis virga ſimul & manna aſſeruabatur; quia nimirum virga correctionis, cum manna dulcedinis permiſcenda videtur, vt ſit amor, ſed non emolliens, ſit rigor, ſed non exaſperãs] humilitas itaque Prælati debet eſſe ex animo eã exercendi, quotieſcũque vel ſaluti propriæ, vel gregis expedit, alias grauitatem ſuperinducat: & quidẽ in eum finem chirothecarum vſus in Epiſcopis videtur introductus eſſe, & ab Apoſtolis traditus [n] [ſicut enim aliquando manus chirothecis velantur, aliquando extractis illis denudantur, ſic bona ope

m *Part. 2. paſto. c. 6.*

n *Hug. de S. vict. l. 1. de ſacr. c. 56.*

opera interdum propter arrogantiam declinandam celantur, ídque per humilitatem, interdum verò propter ædificationem proximi manifestantur.

De prudentia Pastoris.

CAPVT III.



IRTVS hæc, quam diuinus Plato vitæ magistram nominauit, maximè propria videtur esse Pastoris: [a] Est enim prima in ordine suo, ad eamq; pertinet actus omnes moraliũ virtutum dirigere, eísq; formam ac modum agendi præscribere: quamobrẽ rectè Aristoteles affirmauit, [b] eũ qui cæteras virtutes habet, & hac priuatus est, similẽ esse corpori, absque lumine vehementi motu cõcitato, quia quãtò maior fuerit impulsus, tanto grauius erit

a *In Alcib.*

b *6. Eth. in fine.*

erit periculum impingendi vel cadendi in aliud: quod multò magis in Prælatis præcauendum eſt, qui non ſolum agere ſua, ſéque ipſos cognoſcere quod prudentiæ [c] officium eſt, ſed plurimos regere debent: nam vt rectè Chryſoſtomus indicát,[d] hi quibus poteſtans ac Primatus committitur ciuitatis, ſi non prudentes, & plurimum fuerint perſpicaces, ſe & vrbes ſuas perdunt & cui ſponſa Chriſti ornanda committitur, quantum putas eſſe virtutem, & ſtudij proprij, & gratiæ cœleſtis ad non delinquendum?] Prudentiæ verò finis eſt, ex præteritorum recordatione futura proſpicere, & ex vtriſque præſentia metiri & componere. Merito igitur enumeratur ab Apoſtolo [e] inter virtutes proprias Epiſcopi, *oportet*, inquit, *Epiſcopum prudentem eſſe*, ſicut & Chriſtus ante [f] dixerat, *quis putas eſt prudens, & fidelis diſpenſator quem conſtituit Dominus ſuper familiam ſuam:*

propter

c Plat. in Tymæo.

d l. 3. dial. c. 6.

e 1. Ad Tym. c. 3.

f Luc. 12.

propterea olim repellebatur à mini-ſterio Dei, ſi quis [g] paruo vel grandi, aut toruo naſo affectus eſſet, is autem eſt, qui ad menſuram tenendam diſcretionis idoneus nō eſt, naſo quippe odores, fœtoréſque diſcernimus: vnde inter encomia ſponſæ recenſetur: *naſus tuus ſicut turris Libani, quæ reſpicit contra Damaſcum*, quam Salomon ita conſtruxerat, vt facile ex ea poſſet Damaſci ſingulas domos numerare: quia nimirum inquit Gregorius [i] [ſancta Eccleſia quæ ex cauſis ſingulis tentamenta prodeant per diſcretionem conſpicit, & ventura vitiorum bella, ex alto deprehendit. grandis autem & tortus naſus diſcretionis immoderata ſubtilitas, & quæ pluſquam debet excreuerit, actionis ſuæ rectitudinem ipſa confundit,] ob idque comparatur ſali, à Christo [k] Vos eſtis ſal terræ propter quandam inter prudentiam & ſal analogiam: ſicut enim proprium eſt ſalis ſi cum

g *Lu.12.*

h *Canti.6.*

i 1.*part: paſt.c.*11.

k *Abulen. in c.*15. *Mat.q.*89.

debita menſura adhibeatur, cibos condire, eoſque à putredine, humorem ſuperfluum inſita ſibi & mordaci acrimonia exſiccãdo, per longum tempus præſeruare: ita plane, oportet Paſtorem ſalem ſapientiæ & doctrinæ, populo conuenienti modo ac prudenti diſpenſare, ne in ſordibus peccatorum putreſcat, & rigidiore cẽſura, ſi opus ſit, coërcere, ne mollitie carnalium operum, ac deſideriorum diſſoluatur: quod ſi alios mordentes, inquit Chriſoſtomus, male auditis gaudete; hoc enim eſt opus ſalis quaſi aliorum maledictio nihil vobis noceat, ſed teſtimonium ſit veſtræ virtutis, addi etiam poteſt, ſal eſſe ſymbolum baptiſmi, quoniam
1 S. Remig. ſicut 1 per aquam & ardorem ſolis ac flatum venti ſal in alteram naturam commutatur; ſic Apoſtolici viri, per aquam baptiſmi & ardorem dilectionis, ac flatum Spiritus ſancti, in ſpiritalem regenerationem mutati
ſunt

ſunt, ad condiendas hominum mentes: *quod ſi ſal euanuerit, ad nihilũ valet vltra, niſi vt proiiciatur foras, & conculcetur ab hominibus*: ſublata enim hac virtute condiendi, id eſt, prudentia, reliquæ prorſus inutiles & contemptibiles redduntur: vt meritò dixerit Plato, [m] prudentiam & virtutem eſſe, & partem virtutis, id eſt, omnibus aliis permixtam, ſicut ſanguis cum aliis humoribus in corpore coniunctus reperitur: quin potius ſicut ſal, terræ aſperſum; vim eius germinatiuam hebetat, ac ſterilem efficit, & ideo victores deuictas à ſe vrbes & agros ſale aſpergebant, ſicut fecit, Abimelec in vrbe Sichem [n], ita imprudentia virtutum omnium fœcunditatem tollit. Hæc autem virtus humilitatem conſequitur, & à Deo plerúmque infunditur, conſilium enim quod ad prudentiam pertinet donum eſt Spiritus ſancti: vt enim præclare refert Laurentius Iuſtinia-

Matth. 5.

m *in Meno.*

n *Iudicũ 9.*

o *De regl. prel. c. 19.*

nus, quemadmodum Deus ſuperbis reſiſtit, ita humilibus dat gratiam, dat quippe humilitas gratiam diſcretionis ac prudentiæ, quæ cæterarum virtutum auriga eſt & nutrix, ſicut enim cæcus de coloribus iudicare non poteſt, neque de virtutibus æſtimare poteſt imprudens, cum prudentia ſit bonorum malorúmque ſcientia, rationalem animæ vim dirigit, vt diſcernat inter bonum & malum, & inter maius & minus bonum, vel malum; & hæc prima eius regula eſt: ſecunda verò iugiter habitare ſecum: qui enim recedit à ſe, prorſus ignorat quid agat in ſe, quidve procedat ex ſe: horum verò ignorantia eſt delictorum mater, nutrix vitiorum, virtutum inimica, omniúmque malorum origo. propterea, inquit, Propheta, *beatus homo qui*
Baruc. 6. *inuenit ſapientiam, & qui affluit prudentia*, vt intelligas ſub diuerſis nominibus rem vnam ſignificari. Hanc

itaque

itaque prudentiam, qui præſunt, habere debent, quatenus ſciant quid ſibi ipſis, quídve aliis conſulant: ſunt quippe qui ſibi ipſis tantum, & non aliis, & ſunt qui aliis & non ſibi proſunt, vtrúmque autem iis qui præſunt congruit, hoc autem medium ſeruare docet prudentia, eorúmque omnium Præſulibus expedit habere experientiam, pariter & ſcientiam ſi prodeſſe cupiunt potius quam præeſſe. hæc ille.

De temperantia & eidem annexa castitate.

CAPVT IV.

TEmperantię proprium est, eas potissimum voluptates cohibere, quæ gustu & tactu percipiuntur, ac proinde nobis cum brutis communes sunt: ad quas scilicet toto naturæ impetu feruntur: Philosophi certè ac sapientes, ob vilitatem obiecti & perniciem quam afferunt animo & corpori meritò aspernati sunt, & alienas esse ab homine libero ac imperante pronunciarunt, quantò magis qui Ecclesiæ præsunt? qui enim huiusmodi affectibus indulget, durissimis compedibus constrictus tenetur, & vt sui impotens regi potius debere quam

re

regere videtur: ob idque intemperantem, qui per ſcabioſum deſignatur, vt lex vetus à miniſterio Dei excludebat [a] noua etiam ordinari prohibet. Oportet, inquit Apoſtolus [b] Epiſcopum ſobrium eſſe pudicum, caſtum, non vinolentum, ſuæ Domui bene præpoſitum, quod vltimũ ita explicat Ambroſius [c] [Domui ſuæ præeſſe, eſt corpori ſuo imperioſo iure dominari, ne ſubdatur ipſe corpori ſuo & ſtudio luxuriç deditus in præcipitiũ demergatur; nam qui cordis ſui domum excolere non valet, quomodò plurimorum diligẽtiam adhibebit?] Oritur verò proximè virtus hæc ex præcedenti, nam vt obſeruat Laurentius Iuſtinianus, fallitur prorſus quiſquis prudentiam ſine temperantia, & temperantiam abſque prudentia exercere ſe poſſe credit, cùm prudentia informet rationem, temperantia verò cohibeat.

a Greg. 1. par. paſt. c. 7. Leuit. 21.
b 1. Ad Thymo. c. 3.
c De digni. Sacer. c. 4.
ſudrà.

voluptatem : quamobrem non eſt dicendus prudens, qui concupiſcentiam appetitus refrenare non valet: ſed neque poteſt temperanter viuere, qui lumine caret prudentiæ, quod apertè innuit Sapiens, vtrumque cõiungens; ſobrietatem docet, & prudentiam [d], ſtat igitur, inquit, temperantia ſemper mucrone erecto, parata ad repugnandum carni & ſanguini, atque pro caſtitate ad mortem vſque decertare non deſinit : carnis quippe incentiua corporis maceratione caſtigat, vt illam ſubdat ſpiritui, ſpiritúmque virtuti; & cùm ſcriptum ſit : *Nemo vnquam carnem ſuam odio habet,* [e] *ſed magis fouet eã, ac nutrit,* expedit vt mentem ipſius ſpiritalis affectus, qui amore naturali ſit vehementior, dulcior, atque vtilior introeat, dominetur poſſideátque: non enim poteſt quis ſuperare ſeipſum, niſi à potentiori ſe iuuetur ; vincit quippe dilectio Chriſti ſeculũ, vincit Diabo

d Sapien. 8.

e ad Ephe. 5.

Diabolũ, vincit naturam, hæc ille. Ex quibus satis constat, vt hanc virtutẽ ritè, & vt opportet colamus, diuino opus esse auxilio quod præstò semper inuocantibus adest; Scriptum est enim [f] *nemo potest esse continens nisi Deus det, & hoc magna sapientia est scire cuius est hoc donum*, quapropter Ecclesia, crapulam omnem & ebrietatem Clericis, & maximè in Sacerdotio constitutis meritò interdixit [g] vt propinquã materiam scandali, facem libidinis, rixarúmque & discordiarũ frequens instrumentum: hoc enim vitio ita rationis vigor ac lumen hebetatur, & quasi absorbetur, vt hominem ad quævis officia ineptum efficiat, & infra pecudem etiam constituat, quæ conuenienti naturæ, nec debitam quantitatem excedente cibo & potu vtitur. Multò magis, & sub grauioribus pœnis, eisdem, concubinarum vsum, & impuram scortationem

[f] Sapien. 8.

[g] *De vit. & honest. cleri. c. cler.*

g distinct. 8. c. nullum & ca. decernimus, & ca. presbyter Dionys. cartu. art. 53. & sequent. de sta. cu- rat.

prohibuit[g] sanctè & piè introducto cœlibatu, quem qui non seruant, grauissimo & violatæ fidei scelere se obstringunt, & maculam ponunt in decore suo. Sicut enim colores omnes, non nisi in lumine, & per lumen videntur, ita planè quantumuis eximiæ Pastoris virtutes, accedente huiusmodi turpitudine, in ore & oculis omnium vilescunt & obscurantur: quinimò nec diu cum ea consistere possunt: necesse est enim, vt confracto castitatis vase, liquor omnis & pretiosus earum odor, quasi per rimulas effluat ac dissoluatur: Hanc autem præ cæteris virtutem, maximè tueri debent, & obseruare Ecclesiarum Præfecti, vtpote, qui non tãtùm in corpus Christi verum, sicut cæteri Sacerdotes, sed etiã mysticum, quod est Ecclesia, & eius sponsa potestatem habent, cum enim amici sponsi vocentur, eiúsque tam sibi, quam credito gregi, amorem & beneuolentiam,

lentiam, quæ ex vnione & morum similitudine oritur, diligenter procurare debeant, illius puritatem & castitatem, quam maximè fieri potest, imitari & æmulari decet: ob idque gentiles etiam, qui castimonia superos delectari intelligebant, operam dabant, non tam vt plures in veste pura hostias, quam vt casti ipsi purisque manibus offerrent: hinc illa lex, quæ castè iubet adire ad Deos; [h] animo quidē, inquit, Cicero, in quo omnia: nec tamen tollit castimoniam corporis [i]; obseruabatur enim, vt casto corpore adiretur; & ideo casti Sacerdotes iure dicuntur:

[illegible] cognouit numina castus.
Et vinctus vitta crines albente Sacerdos.

Propterea D. Cyprianus, [[k] Christus inquit, ad patrem proficiscens sponsam nobis commendauit, vtrum ne eam incorruptam, & inuiolatum custodiemus: an integritatem eius, & castitatem mœchis & adulteris prodemus?

h Tull. 2. de leg.

i 15. Meta.

k Serm. de bapt.

prohibuit [g] sanctè & piè introducto cœlibatu, quem qui non seruant, grauissimo & violatæ fidei scelere se obstringunt, & maculam ponunt in decore suo. Sicut enim colores omnes, non nisi in lumine, & per lumen videntur, ita planè quantumuis eximiæ Pastoris virtutes, accedente huiusmodi turpitudine, in ore & oculis omnium vilescunt & obscurantur: quinimò nec diu cum ea consistere possunt: necesse est enim, vt confracto castitatis vase, liquor omnis & pretiosus earum odor, quasi per rimulas effluat ac dissoluatur: Hanc autem præ cæteris virtutem, maximè tueri debent, & obseruare Ecclesiarum Præfecti, vtpote, qui non tãtùm in corpus Christi verum, sicut cæteri Sacerdotes, sed etiã mysticum, quod est Ecclesia, & eius sponsa potestatem habent, cum enim amici sponsi vocentur, eiúsque tam sibi, quàm credito gregi, amorem & beneuolentiam,

g *distinct. 8. c. nullum & ca. decernimus, & ca. presbyter Dionys. cartu. art. 53. & sequent. de sta. cu. vat.*

lentiam, quæ ex vnione & morum ſimilitudine oritur; diligenter procurare debeant, illius puritatem & caſtitatem, quam maximè fieri poteſt, imitari & æmulari decet: ob idque gentiles etiam, qui caſtimonia ſuperos delectari intelligebant, operam dabant, non tam vt plures in veſte pura hoſtias, quam vt caſti ipſi puriſque manibus offerrent: hinc illa lex, quæ caſtè iubet adire ad Deos;[h] animo quidē, inquit, Cicero, in quo omnia; nec tamen tollit caſtimoniam corporis[i]; obſeruabatur enim, vt caſto corpore adiretur; & ideo caſti Sacerdotes iure dicuntur: h Tull. 1. de leg. i 15. Meta.

cognouit numina caſtus.
Et vinctus vitta crines albente Sacerdos.

Propterea D. Cyprianus, [[k] Chriſtus inquit, ad patrem proficiſcens ſponſam nobis commendauit, vtrum ne eam incorruptam, & inuiolatam cuſtodiemus: an integritatem eius, & caſtitatem mœchis & adulteris prodemus? k Serm. de bapt.

demus ?] proditur autem dum incontinenti & carnis æſtu, ſicut graui febre laboranti, regenda committitur, quem tanto grauius manet exitium, quod cuius fuerat pudicitiæ cuſtos deſignatus, violarit, & vt Lupus ſub ouina pelle crudeliter diripuerit. Itaque Dæmon, cuius delicatæ ſunt eſcæ, machinam omnem, & artem adhibet, vt animarum Præfectos, in hanc luem & incontinentiæ cœnum, ex quo non niſi difficilè admodum emergere poſſunt præcipites agat: ob idque, fœdas in imaginatione, in quam poteſtatem habet,& vt faber incude vtitur, imagines depingit & eformat, per quas, tanquam ſemem peccati, occultè in voluntatem ſerpit,&illabitur:aliquádo cohabitatione, & mulierum conſortio ita allicit, animíque conſtantiam ac robur emollit, vt vltrò corruat, & ad illicita deflectat: Sæpe etiam, prætextu neceſſarij obſequij, vel

vel pietatis & ſpiritalis lucri cum illis cõſequẽdi,niſi modus & cautio adhibeatur in turpem & obſcœnũ amorẽ trãsformat:aliaque infert ac meditatur corruptionis vulnera,quæ nemo, niſi magna Dei gratia fultus, declinare vnquam poterit. E regione autem ſanctis patribus nihil antiquius fuit .quam nos ab huiuſmodi tetro ſcelere, partim atrociore diuini iudicij comminatione auocare, partim etiam ſalutari cõſilio ac remedio ad reſiſtendum inſtruere & informare. Acerbiora inquit, D.Hierony.[1], gehennæ tormenta, fornicatoribus & adulteris Sacerdotibus, & clericis debentur, Quid tibi cum mulieribus, ô Sacerdos, qui ad altare Deo famularis, & in loco ſtas eius? væ tibi ô Sacerdos,qui eiſdem labiis oſcularis filium Virginis, quibus paulò ante oſculatus es filiam veneris: O Iuda oſculo filium hominis tradis conuenienter autem Auguſtinus in per

1 *Apud Dyonyſ. Carth. l.de ſta.cura.ar. 61. & ſeq*

in persona Christi exclamat; plus me lædit vulnus peccati tui, quam vulnus lateris mei, aitque incontinentem sacerdotem iuxta filium Virginis in altari, collocare filiã Veneris, id est, arcam Dei iuxta Idolum Dagõ [n]: quæ magna est nequitia. simile quoque est hoc peccatum [o] homicidio, quo quis interficit seipsum, vel proditioni quæ inter duos coniuges committitur: qua nulla deterior cogitari possit. Ad hanc autem libidinis pestem euitandam, necessaria est imprimis humilitas, quæ vt comitem habet gratiam, optima est castitatis propugnatrix: quam proximè sequi debet diligens sui custodia, *super custodiam meam stabo*, inquit, Propheta *& figam gradum meum super munitionem meam, & contemplabor vt videam quidquid dicatur mihi*, id est, inspiretur, aut suggeratur; nã vt Hieronymus habet, [p] [dum paruulus est hostis interfice in semine, beatus qui

vt

1. Reg. 5.
n Ex l. reuel. s. Brigi. c. 47.
o Abac. 2.
p Epist. ad Eusto.

vt cœperit cogitare ſordida, ſtatim interficit cogitatus, & allidit ad petram quæ eſt Chriſtus:] tum verò illicitus qui vis aſpectus formæ mulie-bris procul abiiciendus, qui vt loquitur ſanctus Antiochus, q [vt primum vulnus affixit animæ, ac miſerę ſauciauit impreſſione ſagittæ, quantò diuturniorem conficit moram, tantò periculoſiorem putrilaginem in ea operatur: multo magis colloquium: nam vt idem teſtatur, quemadmodum ſplendorem lucernæ alit oleum ſic & colloquium mulieris ignem accendit voluptatis, & ſcintilla, ſi diutius immoretur adhærens palleis, erumpit in flammam, ſic memoria cuiuſpiam mulierculæ, ſi vel tantillum duret, incendium excitat concupiſcentiæ.] Poſtremò longè omniũ periculoſiſſima eſt, ipſa mulierum cohabitatio, conuictus & frequens conſortium, quod ſancti ipſi ſuſpectum ſemper habuerunt, & Eccleſia Clericis

q Cap. 17. in pandect. ſac. ſcript.

r Consil. Magunt. Clericis meritò interdixit, [r] maximè quando ratione ætatis, & criminis, sinistra de iis suboritur opinio; propterea D. Cyprianus, qui ex professo libellum hac de re instituit, s [vbique
Lib. de singul. cleri.
inquit, gustanda est cum mulieribus, non continuáda præsentia, sed quasi transeunter, fœminis exhibenda est accessio, quodam modo fugitiua, facta est homini in adiutorium, sed post peccatum, facta est inimica, quantos leones domuit, vna infirmitas delicata, quæ cùm sit vilis, de magnis prædas efficit: nec dicas volo, habere quod vincam, habes nunc carnem tuam, quam superes semper, quid tibi vis alteram conducere? nemo super vnam febrim cupit adhibere peiorem, ne incipiat hemitriteo, id est insanabili morbo laborare.] Post cogitationum diligentissimam cautionem, [t] ieiuniorum tibi arma
Hier. sup.
sunt sumenda, tu das stimulos tuæ carni, tu eam contra te armas, ac potentem

tentem facis cum nimio cibo re-ples , & vino inundas, & ſicut ſcribit Chryſoſtomus. [u Velut feræ truces cum ſaginatæ fuerint, pugnantes ſecum ſuperant , cum verò macerátur, furor earum opprimitur & virtus multa,ex patre reſtringitur; ita etiam animi paſſiones , qui ſubductis cibis, infirmas fecerit ſubiicit eas conſiliis rectioribus , qui verò ſtudiosè eas nutrit , grauiùs cum illis certamen ſentiet:] quis verò neſcit longè acerrimam eſſe carnis titillationem , ac potentiſſimam paſſionem , & ad quam in nobis excitandam ac promouendam , præter naturalem propenſionem Dæmon multò maiorem , quam in cæteris , poteſtatem habeat : idque in pœnam & vltionem originalis maculæ , quæ per hunc modum contrahitur, ac traducitur ; vberiore vt opus ſit ad reſiſtendum auxilio gratiæ. Si quis tamen , quod abſit , ex clericali ordine

u l.6.Dial. c.11.

in hanc incontinentiæ labem fortè prolapsus sit, non ideo ille animum deiicere aut aliquis in eum insolentius insilire debet, *Domino enim suo stat, aut cadit, Tu quis es qui iudicas alienum seruum?* fieri enim potest, ac sæpe fit vt de vase contumeliæ in vas honoris translatus feruentior & humilior resurgat: quod plærúmque occulto Dei iudicio euenire solet, quia vt docet Maximus Martyr, x [ira salutaris est, diuina permissio, qua superbus animus affectionibus oppugnatur à Dæmonibus vt dũ ignominiam patitur, qui gloriabatur de virtutibus, discat quis eorum sit Largitor, alioquin spolietur alienis, quas quidem se putabat habere quasi non accepisset.] Id autem de castitate, quæ donum Dei est, maximè intelligi debet. Quoties autem ex occursu, colloquio, vel conuictu mulierum quem Pastor aliquando ratione officij, siue in diuinis, siue in humanis,

Ad Ro. 14.

x c. 13. Centu. 3.

nis, inire debet, turpior aliqua illi cogitatio accesserit, præter superiora, statim cogitet, se tunc cum sorore, vel filia spiritali versari, ac proinde quod non auderet cũ naturali si præsens adesset, nec hic, Deo præsente, & vltore, perficere velit. Cõsequens est igitur in eum solum, graui, tam ciuili, quàm Ecclesiasticâ pœnâ, animaduertendum esse; qui vt sus in luto carnis suæ, perpetuo volutatur, & vt Iumentum in stercore suo computrescit.

De fortitudine eius.

CAPVT V.



FORTITVDO, quæ tàm in rebus arduis prudenter agrediendis, quàm aduersus patienter tollerandis versatur meritò inter insignia Pastoris

a Zac. 11. & 1. Reg. c. 17. reponitur; adũbrata [a] per baculũ, fũdam, & lapidem, quibus lupum aggredi, arcere, & pugnare debeat: nihil enim magis Deus improperat, quàm ignauiam & imbecillitatem Paſtorũ, qui ex officio alios ad virtutem accendere tenentur: b Ezech. 13. [b] *non aſcendiſtis*, inquit, *ex aduerſo, neque poſuiſtis murum pro domo Iſrael vt ſtaretis in prælio in die Domini*: nam vt præclarè D. Cyprianus. c Epiſt. 1. ad Cornel. fratrem. [[c] Si ita res eſt fratres, vt nequiſſimorum timeatur audacia, vt quod mali iure, atque æquitate non poſſunt, temeritate atque deſperatione perficiant, actum eſt de Epiſcopali vigore & Eccleſiæ gubernandæ ſublimi ac diuina poteſtate, nec Chriſtiani vltra aut durare, aut eſſe poſſumus, Si ad hoc ventum eſt, vt perditorum minas atque inſidias pertimeſcamus: nihil intereſt vnde Epiſcopo, aut terror aut periculum veniat, qui terroribus & periculis viuit

viuit obnoxius, & tamen fit de ipsis periculis ac terroribus gloriosus.] tanta [d] igitur Pastoribus debet inesse fortitudo, vt nec laudibus nec blanditiis à veritate flectantur, nec conuitiis moueantur; quod ostendit Dominus ad Prophetam, vt suo nomine singulis, & omnibus pastoribus referat, dicens, *vt adamantem & vt silicem dedi faciem tuam*; Lapidis vtriusque duritia magna est, sed Adamas, in precio habetur, alter pedibus conculcatur; Est ergo sicut adamas Pastor Ecclesiæ, quando laudatur ab omnibus hominibus, & honoratur, nec tamen laude, vel adulatione à recto deflectit: est etiam duritia eius, sicut duritia silicis, quando pro Iustitia despicitur, & conculcatur, & indignè à malis tractatur, nec tamen deficit vel cessat, sed inuicta virtute in defensione iustitię perseuerat, ita [f] vt similis sit scopulo vndarum

d *Ex Hugo. de Sāct. victo. l. 2. miscellaneor. tit.* 131.
e *Ezech.* 3.
f *Laur. Iust. de reg. praj. c.* 10.

circumquaque impulsione colliso. Fortitudinis autem vis maximè elucet in confessione fidei, pro qua ad mortem vsque Pastorem decertare oportet: propterea Martyrium censetur nobilissima eius species, quod quis subire tenetur, quoties g ex omissione illius, debitus Deo honor substrahitur, aut salus proximi impeditur; quod duobus modis contingere potest, vel morum corruptela, quam acri reprehensione ac dicendi virtute, vt spiritali falce excressentem, resecare tenetur: aut introductione alicuius infidelitatis, sectæ & hæresis, cui se viriliter opponere, etiam cum periculo vitæ ex obligatione nedum charitatis, sed etiam iustitiæ debet, paratus omni à se poscenti rationem reddere, de ea quæ est in se, fide & spe, maximè verò, si coram tyranno in odium religionis Christianæ interrogetur: alioquin ouem lupo prodere, & gregem dissipare videretur, qui

g *D. Tho. 2.2. quæst. 3. art. 2.*

qui tunc in Paſtoris fide & conſtantia, plurimum confirmari ſolet: quod vtrúmque, non ſolùm Chriſto, ſed etiam omnibus Prophetis, & Apoſtolis occaſio fuit ac inſtrumentum glorioſæ mortis; vt enim D. Auguſtinus [h] [vis amoris in eo qui paſcit oues Chriſti, in tam magnum debet ſpiritalem excreſcere ardorem, vt vincat etiam mortis naturalem timorē, quo mori noluimus:] nulli tamen vel tēpus præuenire martyrij, aut eius cauſam imprudenter ambire licet, proteruè inſultādo ipſis infidelibus, hæreticis vel aliis quibuſcúmque, ita vt grauis inde illis offenſio & ſcādalum ingeneretur. Ob idque in concilio Elibertino reprehenditur, & Eccleſiaſtica Sepultura priuandus decernitur, qui gentiles ad ſui necem idola eorum confringēdo prouocarit, hoc enim temeritatis potius quam fortitudinis eſt argumentum: ſicut de Cointho quodam Phrige narratur. [i]

h *Serm. 1. in Ioan.*

i *Euſ. Cæſar. hiſt. Eccl. l. 4. 14.*

qui Smirnę cùm temerè & inconsultò ad tribunal Iudicis irruisset, illustre omnibus exemplum proposuit, ne inconsideratè, & imprudenter id facerent: porro ad hanc fortitudinis laudem pertinet, etiam constans iniuriarum & contumeliarum, quæ in pastorali munere constitutis, frequentissimè occurrit perpessio: siue ab externis, siue ab internis ac domesticis hostibus infligatur, Deo vel permittente k vt occasione tentationum, & periculorum clariores efficiat, aut etiam l vt aliis eorum fortitudo appareat, ipsique suam agnoscant infirmitatem: vel instigante ac procurante dæmone, vt sic læsa ab improbis, eorum fama & existimatione persuadendi authoritatem ac potestatem imminuat: nam vt scribit Cyprian. [m hoc opus semper est diaboli, vt seruos Dei mẽdacio laceret, & opinionibus falsis glo

k Chrysost. Hom. 61. in Genes.
l Hug. Card. in c. 22. Luc.
m l. 4. Ep. 2.

gloriosum nomen infamet vt qui conscientiæ suæ luce clarescunt alienis rumoribus sordidentur :] propterea D. Gregorius, [n] Constantium Mediolanensem Episcopum, his verbis consolatur, [Antiquus humani generis inimicus, quibus vos linguarum aculeis & malorum cordium insidiis existimauit impetendos, relatione multorum iam dudum audiuimus, sed in cunctis quæ in hac vita aduersa proueniunt, sola est, sicut nostis omnipotentis Dei districtio pensanda, atq; ad cor proprium semper recurrendum, vt nullius nos ibi lingua implicet, vbi conscientia nostra non accusat, sic námque in corporali prælio fieri solet, vt is qui in certaminè vexillum portat ipsum hostis impetat, quatenus si ipse qui à cæteris attenditur vulnus accipit multitudo omnis dispersa capiatur] Quapropter rectè Leo Papa, [patientia inquit non in eo

n *Ep. ad Constan. Medio.*

o *Ep. ad Rusticũ, Nar. & Episco.*

tantum computanda est, quod in Christianam pietatem aut ferro, aut ignibus agitur, aut quibuscumque suppliciis: cùm persecutionum sæuitiam suppleant, & dissimilitudines morum, & contumaciæ inobedientium, & malignarum tela linguarum: quibus conflictationibus, cùm omnia semper Ecclesię membra pulsentur, & nulla piorum portio, hic à tentatione sit libera, ita vt periculis, nec otia careant, nec labores, quis inter fluctus maris nauem diriget, si gubernator abscedat.] Generaliter verò nulli mirum aut nouũ videri debet, [qui enim in Christo piè viuere volunt °, necesse est vt ab impiis & dissimilibus patiantur opprobria, & despiciantur tanquã stulti, & insani qui præsentia bona perdunt, & inuisibilia sibi ac futura promittunt: sed hæc despectio & irrisio in impios retorquebitur cum abundantia eorum, in egestatẽ, & superbia transierit in confusio

o Prosp. Aqui. l. sent. D. Aub.

fusionem. Inimici igitur Ecclesiæ quolibet errore cæcentur, vel malitia deprauentur, si accipiant potestatem corporaliter affligendi, exercent eius patientiam, si tantummodo malè sentiendo aduersentur, exercent eius sapientiam, & vt etiam inimici eius diligantur, exercent eius beneuolentiam.] Quamuis autem Prælatus famam suam inconcussam & illibatam, quæ sibi ac subditis vtilis est, & necessaria quantum in se est, tueri, imò augere teneatur, ac statim cum enasci cœperint, incauti vulgi suspitiones p malignas cōprimere: si tamē se nihil proficere animaduertat, ita se gerere inter eos quos gerit proponat sicut pater inter filios nimis paruulos, id est, sicut ille nec contumelias sentit, nec verba paruulorum, ac eorū non tenetur dolore aut indignatione, risu aut obsequiis, ita nec laudib. efferri nec concidere vituperationibus subditorum debet, cum eas irratio

p Chrys. l. 5. dia. c. 4.

tionabiles esse præuiderit.] Stat enim D. Pauli [q] sententia, *gloria nostra hæc est testimonium conscientiæ nostræ*, [cum itaque nocentes Innocentibus iniuriam faciunt, vt habet Cyprianus, [r] illi patiuntur iniuriam qui facere se credunt. Nec interest quis tradat aut sæuiat cum Deus tradi permittat quos disposuit coronari.

q 2. Ad Cor. c. 3.

r l. 1. Ep. 3.

Quis modus à Pastore, in correctione sit adhibendus.

CAPVT VI.



RAETER laudis ac vituperationis cõtemptum, D. Chrysostomus: [a] sub ratione fortitudinis virtutẽ dicendi, seu reprehẽdendi etiam comprehendit, cuius meminit Apostolus ac plurimi facit. [b] *His verbis instæ oppor*

a Sup. c. 2.

b Ep. 2. ad Thi. c. 4.

opportunè, importunè, increpa, obsecra in omni patientia & doctrina: nec immeritò: hoc enim nomine grauiter reprehenduntur Pastores quod eam prætermittunt, & subditorum peccata fouent ac dissimulant, [c] *væ his qui consuunt puluilos sub omni cubito manus, & faciunt ceruicalia sub cubito vniuersæ ætatis*: tum quia, sicut neruorum, qui à cerebro per vniuersum corpus sparguntur beneficio, reliqua eiusdem membra colligantur ne diffluant, ita planè sublata omni correctione ac censura totius Ecclesiæ ordo & situs dilabitur. Porro non indistinctè ac eodem modo adhibenda est correctio, nam vt obseruat diuus Augustinus [d] [Tria eos habere oportet qui dominantur, terrorem, ordinationem & amorē, nisi enim ametur quis & timeatur ordinatio eius nō potest cōsistere, per beneficia igitur & affabilitatē procuret vt diligatur & per iustas

c Eze 13. Greg. 18. mor. c. 3. & 2. p. pasto. c. 8.

d l. De 12. Abus.

Iuſtas vindictas ſed legis diuinæ ſtudeat vt timeatur,] & hanc rationem Deus inire videtur qui, vt loquitur Clemēs Alexandrinus [e] [minans admonet, maledicens conuertit, deflens miſeretur, pſallens per rubum loquitur, igne tenet homines, & ex columna flammam accendit, quod eſt ſimul gratiæ & timoris indicium, ſi obedieris lucem, ſi non obedieris ignem adducens.] quia igitur Prælatus triplicem perſonam ſuſtinet, amorem imprimis vt parens in filios, quorum educatio & inſtructio naturali iure ad ſe pertinet præferre: tum verò vt medicus in ægrotos aſperitatem, & acrimoniam inducere: pœnam denique ac ſupplicium in reos vt Iudex inferre debet; cuius propterea tres voces dicuntur eſſe; [[f] ſuauis, dulcis alta, infirmus ſuauem audit vocem conſolationis deſperans dulcedinem obſecrationis, ſurdus aſperitatem increpationis] ſiquidem diſſimilis

e In exhor. ad gent.

f Hug. de Sanct. Vict. Miſcell. tit. 130.

ſimilis prorſus eſt in Regibus, & Paſtoribus regendi & gubernandi modus, g [illis cũ terrore corrigere licèt, his verò cum charitate, & lenitate: illis tamquam Dominis, Iſtis autem vt patribus: illis cum ſeueritate punire, iſtis cum moderatione & mentis cõpaſſione: illis iugulare, & perimere, iſtis ſemota omni crudelitate delinquentes reuocare ad vitam: non vt liberius peccent, ſed vt emendentur ac viuant: quod tunc Chriſto cooperante præſtant, cum fidelem plebem in viſceribus ſuſcipiunt charitatis, & vnum quémque complectẽdo compaſſionis brachiis, tanquam patrem ac filium diligunt.] Et hæc olim ſalutaris forma corrigendi à Chriſto preſcripta eſt. h *Si peccauerit in te frater tuus corripe eum inter te & ipſum ſolum, ſi autem te, non audierit adhibe adhuc vnum vel duos teſtes ſi non audierit dic Eccleſiæ, ſi Eccleſiam, autem non audierit ſit tibi tanquam Ethnicus & Publicanus:*

g *Laurent. Iuſt. de reg. prala. c. 9.*

h *Matt. 18.*

nus; vt ſcilicet primò, peccati vulnus leuibus, deinde acrioribus medicamentis curetur, ac demum quaſi putridum, & in quo inſanabilis morbus inhæret membrum, excommunicationis mucrone reſcindatur, ne pars ſincera trahatur. quod maximè ad pacem & tranquilitatem Eccleſiæ confert, quia vt ſcribit Chryſoſtomus: [i] [ſicut grauibus ventis ex aduerſo irruentibus paulò ante pelagus quietum repentè furit, & fluctibus intumeſcit, & nautas miſeros affligit, atque diſperdit, ita & Eccleſiæ tranquillitas: cum receperit corruptiſſimos hominum, tempeſtatibus & naufragiis impletur innumeris:] mali igitur, ſunt in Eccleſia, ſicut humores in corpore; quandiu ſpes eſt conuerſionis tollerandi ſunt, quando verò obduratè perſiſtunt eiiciẽdi: quod fit beneficio excommunicationis, [quo tanquam ſpiritali gladio inquit Cyprianus [K] ſuperbi & contumaces necan

i *l.3. Dial c.15.*

K *1. ep. ep. 11.*

necantur, dum ab Ecclesia eiiciuntur:] & hoc est, quod loquitur D. Augustinus [l], [nondum tempus est separationis, sed tolerationis, tolera, quia toleratus es, nec ideò ista dicimus, vt corripiendi ruat diligentia, disciplina exerceatur, iudicium non præcipitetur:] propterea, hoc remedio parcè & magna cautela vtendum est, nam vt idem alibi [m] [illud planè dixerim non temerè, quod si quisquam fidelium fuerit iniustè anathematisatus, potius ei oberit qui facit, quam qui hanc patitur iniuriã.] Itaque D.Chrysost. [n] consilium sequendum est[non vniformiter, secundum mẽsuram delictorum: increpationes quoque oportet inferri, sed diligẽter aspicere eorum qui deliquerunt vires atque propositum; ne fortè volens rupta sarcire, maiorem operetur diruptionem, & cupiens erigere collapsa, casum inferat grauiorem.] Sed quidquid sit duobus modis

l Hom. de ouib.

m 11. qu. 3. cano. illud.

n 2. Dialo. c. 7.

peccare ſolet Prælatus in omiſſione correctionis, primò quoties acceptâ pecuniâ quam diuinę offenſæ & animarum ſaluti præfert, vel etiam potentium & amicorum precibus, & fauore adductus, peccata tolerat ac diſſimulat: Deinde quando ex quodam torpore & craſſa negligentia impugnandi & redarguendi, vel ne ſibi moleſti ſint peccatores idem facit: ex quo triplex malum in ipſum Paſtorem reſultat, primum eſt, confuſio quæ patri accidit de filio indiſciplinato; [o] ſecundum eiuſdem criminis participatio, ſicut medicus reus eſt mortis ſi infirmum deſerit: nam vt loquitur Saluianus [p] [in cuius manu eſt vt prohibeat, Iubet agi, ſi non, prohibet admitti.] Tertio pœna temporalis quæ plerúmque ei proponitur, ſignificata in Principibus populi, [q] quos ob permiſſam Idololatriã, in patibulis ad ſolem ſuſpendi Moyſes iuſſit: & in Heli, filios indignè agentes

o *Prouerb.* 24.

p *l.8. de Iud. & prouid.*

q *Numer.* 25. 1. *Reg.* 4.

gentes non corripiente, qui è cella corruens, fractis ceruicibus expirauit: Præterea, labes hæc, ipsum etiam delinquentem afficit; qui vel non esse peccatum, vel non tam graue existimat, ac ita multiplicat & extendit: *Quia enim cito non profertur sententia contra malos, absque timore vllo perpetrãt mala.* [r] Denique pernicies in ipsam Ecclesiæ vniuersitatem redũdat quæ sic sceleribus inquinatur vt rebellio, obduratio ac ad omnem speciem virtutis ineptitudo quædam consequatur: quamobrem fructuosa admodum & meritoria semper fuit correctio per virgam Aaronis [s] designata: nam vt Saluianus habet. [t] [procurator est quodammodo salutis humanæ, qui non tantùm id agit, vt ipse bonus sit, sed efficere hoc nititur, vt alij mali esse desistant:] eámq; ob id Patres magnopere commendarũt: vt Chrysosto. [u] [si inueneris aurum iacens, non dicis apud temetipsum,

r Eccles. 8

s Num. 4.

t l. 7. de Iud. & prouid.

u Orat. 5. aduers. Iud.

quare ille, aut ille non ſuſtulit? ſed feſtinas ante alios rapere: Idem & de fratribus collapſis cogita, quod de theſauro, reperiſſe illis occaſionem medendi: etenim ſi inſtillaueris illis, velut oleum, ſermonis doctrinam, ſi ſanaueris, ille te faciet quóvis theſauro ditiorem: alibi quóque [x] affectum exprimit corripientis: [vt cum febreſcit puer, grabbato aſſidés filio mater queribunda, hoc ſæpius imprecatur, vtinam hoc mihi daretur, poſſe me tuam fili ſuſcipere febrem & hanc omnem in me haurire flammam; ſic etiam pro vobis, vtinam perduellis rem bene gerere poſſem: parentes enim [y] non poſſunt lamentis & lachrimis morbum depellere, neque mortem imminentem abigere: tu verò poteris animam deploratam, aſſiduitate, inſtantiáque per lamenta reuocare ac ſuſcitare: Illachryma, punge frequenter, ac ſuſpira paululum,

x Hom. 36. de virt.

y Concio. 2. de Lazar.

vt tua ſollicitudo incutiat illi vere-cundiam, conuertes illum ad ſalu-tem,] at: [nulli z grata eſt reprehen-ſio, imò quod peius eſt multò, quam-libet malus, quamlibet perditus, mauult mendaciter prædicari, quam iure reprehendi, & falſarum lau-dum irriſionibus decipi, quàm ſa-luberrima admonitione ſeruari:] ſed neque te hoc mouere ac terrere de-bet, multo minus, ſi amariores & acerbiores in te experiaris, quos iure reprehendis [hoc enim intereſt, inquit Theodoretus. a Inter eos qui ægritudinem, corporis, & eos qui labem impietatis patiuntur; quòd il-li medicis ſe obedientes præſtant, etiamſi inediam præcipiant, & ple-nos amaroris calices porrigant, fer-ro ac igne vtantur, mercedémque illis rependunt, à quibus ſic acer-bè vexati ſunt: hi vero non ſo-lum morbi grauitatem non ſentiunt,

z Saluia. l. 8. de indi. & prouid.

a Serm. 1. de curand. græcani. affecti.

ſed etiam ſi quis remedium afferre velit, ſtatim reſiliunt, vt phrenetico morbo correpti, oblatam enim ſibi curationem quaſi nouam ægritudinem auerſantur & refugiunt: Itáque, ſicut artis medicæ periti, quantumuis moroſos ægrotãtes, æquo animo ferunt vel ſi conuitiis aſpergunt, pugnis aut calce impetant, illíſque colligandis licèt inuitis, & reluctantibus vincula intendunt,] ita prorſus. In delinquentes ſeu animo delirantes, commiſeratio potius quam indignatio exercenda eſt; maximè quando pro accepta gratia contumelias & iniurias referũt. [Quod ad nos [b] attinet conſcientiæ noſtræ conuenit, ſemper operam dare, ne quis ex culpa noſtra de Eccleſia pereat: ſi quis autem vltrò crimine ſuo perierit, in die iudicij futuros nos credimus inculpatos illóſque ſolos in pœnis remanſuros qui noluerint conſilij noſtri ſalubritate ſanari.]

b *Cypr. l. 1. ep. epiſt. 3.*

An

An aliqua, etiam à subditis, circa Prælatum, correctio fieri possit.

CAPVT VII.



CORRECTIONIS virtus, vt à charitate proficiscitur, tàm latè patet, quot sunt qui defectum aliquem, ac maculam patiuntur: à qua lege, ne quidem Prælatus ipse excluditur, *qui circũdatus est infirmitate*[a] *& debet, quemadmodum pro populo, ita etiam & pro semetipso, offerre pro peccatis*: sed quod amplius præceptũ erat in lege Moysis, sacrificium pro Sacerdotis errore tantùm, quantum pro totius populi delicto offerri: [quo nihil aliud indicatur, quam quod maiori indigeant, inquit, Chrysostomus,[b] Adiumento, vulnera Sacerdotis, & tantò quantò

a Ad.Hebr. 5.

b l.6. Dialo.c.11.

vniuersi populi multitudo.] Propterea nullibi c acerbius, quã in Præpositos delinquentes inuehitur Deus, ac maiora supplicia cõminatur: qui cæteros, exẽplo suo inficere possũt: *ruina populi mei Sacerdotes mali.* nec abs re: similis est enim Pastoris infirmitas.[d] [stomacho in corpore laboráti, quo languente, mẽbra omnia inueniuntur languida, & infirma, ná si Sacerdotes fuerint in peccatis, totus populus conuertitur ad peccandum.] Vnde D. Gregorius, e [precisè scire debent Prælati, quod tot mortibus digni sunt, quot ad subditos suos perditionis exempla transmittunt:] peccatum enim Pastoris, est infirmitas capitis, error Magistri, ac doctoris, cuius errorem facile sequuntur discipuli, ac defectus medici, qui dum deberet vitæ medicamẽ, subditis exhibere, mortis exhibet exempla. Quam perniciem, his verbis deplorat Laurentius Iustinianus f [quis oro, cor fidele

c *Ezech. 34. Malac. 8.*

d *Chrysost. ho. 6. de vitiis & virt.*

e *11. qu. 9. can. precise.*

f *De Reg. prælat. c. 11.*

dele gerens, valet ſe continere à gemitu, cum intelligat inde erumpere impietatis tenebras, vnde lumen Iuſtitiæ effulgere debuerat: atque illos, per latitudinem ſecularium voluptatum, paſſim effluere, quos errantes, oportuerat exemplo ſuo reuocare ad gratiam, ſuiſque admonitionib. erudire, vt per viam incederent arctam, quæ ducit ad vitam: hinc cordibus aſpicientium, oritur contemptus clauiũ Eccleſiæ, incredulitas futuræ vitæ, inobedientia Eccleſiaſticarũ ſanctionum, & ſacrarum vilipenſio ſcripturarũ: hinc Pontificalis deridetur authoritas; capitis & membrorũ ſcinditur vnitas, populorúmque augentur ſcelera, dum arbitrantur ſibi cuncta licere, quæ in ſuperioribus ſuis ſpiritalibus agi cognoſcunt.] Cæterùm, vt procul ſit occaſio erroris, diſtinctione opus eſt: vtpote, quod alia ſit correctio iudicialis, alia fraterna, illa exerceatur, vt malum

tollatur quod vni ab altero infertur, hæc vero, quod ſibi quiſque delinquendo infligit: illa, non niſi à Superiori ſiue clerico ſiue laico In inferiorem eiuſdem ordinis, hæc ab æquali & inferiori, in, æqualem & ſuperiorem, etiam cuiuſcúmque ſit ordinis, exerceri poteſt: nam vt de priori loquamur; eâ non licèt ſubditis vti in Prælatum, cum ouis non iudicet Paſtorẽ: alioquin, vt loquitur D. Chryſoſtomus [g] [quæ ſurſum ſunt, inferius fient, ſurſum pedes inferius caput.] Propterea Conſtantinus Imperator,[h] in prima Synodo, Nicena de controuerſiis Epiſcoporum ad ſe delatis cognoſcere noluit: affirmans inconueniens eſſe, vt homo iudicet Deos, ſed illius proprium eſſe, de quo ſcriptum eſt,[i] *Deus ſtetit in Synagoga Deorum. In medio autem Deos diiudicat:* multò minus quiuis alius, niſi fortè in caſibus à iure permiſſis, & ex indulto Apoſtolico: ſicut enim in homine, aliæ ſunt

g Hom. 2. in 2. epiſt. ad Ti.
h Niceph. l. 8. hiſt. Eccleſ. c. 16.
i Pſal. 81.

ſunt actiones, quæ ipſum corpus proximè conſequuntur, vt ſenſuum & organorum, aliæ quæ animam immediatè, vt operationes intellectus ac voluntatis: omnes tamen ab eadem forma proficiſcuntur; ita planè in republica Chriſtiana, alia iuriſdictio ciuilis ac politica, alia vero Eccleſiaſtica reperitur, ab eodem tamē authore Deo introducta, qui ius naturale, & Eccleſiaſticum ita conſtituit vt neutrum alteri aduerſaretur, ſed ſe ſe potius mutuò iuuarent, vt nunc etiam fit. Quamuis autem olim apud aliquos vtráque poteſtas ſimul cōiuncta fuiſſe reperiatur, vt de Egyptiis & Hebræis conſtat: [k] vbi tamen vna ab altera, & iuſtis de cauſis, diſcreta eſt, permiſceri non debet, ne hinc perturbatio ſequatur in republica ſicut multoties, ob id, in diuerſis Chriſtiani orbis partibus excitata eſt, ſed ius ſuum vtríque illibatum conſeruari debet: alioquin, ſi Eccle

[k] Plat. l. de regno, & Syneſius epiſt. ad Athan.

Ecclesiæ primitus concessa spiritualis iudicandi potestas, ad Laicos transferatur. [Quid superest, vt D. Cypriani verbis vtar, [l] nisi vt Ecclesia capitolio cedat, & recedentibus Sacerdotibus, ac de altari se remouentibus, in Cleri nostri sacrum, venerandúmque concessum, simulachra atque idola cum aris suis transeant?] Si autē de posteriori sit sermo, ab omnibus fieri potest [m], ex motiuo charitatis, habita tamen moderatione, & discretione: modus autem qui adhiberi debet, in hac correctione subditi erga Prælatum, est, vt non cum superbia & duritia id fiat, sed cū humilitate, mansuetudine, ac reuerētia: sicut Apostolus ait, *seniorem ne increpaueris, sed obsecra vt patrem*: [n] & ideo sanctus Dionysius [o] reprehendit Demophylum monachum, qui Sacerdotem quendam irreuerenter correxerat, percutiens eum, & eiiciens de Ecclesia: vbi tamē periculū imminet fidei,

l *l. 1. ep. 3.*

m] *Abulēs. in cap. 18. Mat. qu. 86. & 87.*

n 1. *Ad Timoth. 5.*

o *Ep. ad Demoph.*

fidei, nisi Prælati publicè arguantur, possunt subditi, imo debent publicè reprehendere, sicut Paulus, etiã si esset subditus Petro, propter eminens periculum scandali circa fidẽ, D. Petrum publicè arguit: nam vt Augustinus testatur p [Ipse Petrus, exemplum maioribus præbuit, vt sicubi fortè rectum tramitem reliquissent, non dedignentur etiam ab inferioribus corrigi.] Addi potest, peccata in duplici esse differentia, quædã sunt personalia, quæ scilicet Præpositi, vt particulares cõmittunt; cuiusmodi sunt fastus, superbia, inuidẽtia, detractiones, contẽtiones, negligentiæ, ac similia, quæ nec directè fidem, aut bonos mores impugnant: alia verò quæ directè, vt hæresis ac damnabilis prædicatio: In priori casu, Laicis non licet, ita reprehendere clericos, ac illis detrahere, vel eorum occasione debitum honorẽ ac stipẽdiũ substrahere: quod enim D. Petrus scripsit

p *In cap. 2. ep. ad Galat.*

Quæ in Pastore fidelitas requiratur.

CAPVT VIII.

IRTVTIS huius apertè meminit Christus, *quis putas est fidelis dispensator & prudens, quem constituit Dominus supra familiam suam*: Apostolus quóque, *sic nos existimet homo vt ministros Christi & dispensatores ministeriorum Dei hîc iam quæritur inter dispensatores vt fidelis quis inueniatur*: a quamuis autem vocis huius notatio b à fide desumpta videatur quà scilicet fit quod dicitur, ac promissa seruantur eius tamen vsus, & acceptio, ad iustitiam tam commutatiuam, quam distributiuam transfertur: vt sensus sit, eum qui se alterius ministerio adiungit, debere non solùm, quibus potest

a *Luc. 18. 1. ad Cor. 4.*
b *Aug. l. de mend. c. 20.*

ordinatione commissa sunt; vt pote Episcopis & Curatis, quorum ordo inquit Gerson: d annexã habet obligationem docendi, & prædicandi verbum Dei, suis parochianis, quoad credenda & agenda, secundũ statum suæ simplicitatis; sicut maioribus Prælatis conuenit, reddere rationem particularius: quod alij dicunt, oportere eos fidẽ habere explicitam, mysteriorum fidei, nedum implicitam. Extenditur tamen hoc officium, priuilegio Apostolico, ad Religiosos quos vt idem refert [e] debent Parochi tanquam coadiutores missos à superioribus, benignè ac beneuole recipere, modo non obstet rationabilis causa, vt si detractor, si collusor, si corruptor, si seductor appareat, & parochianos in contemptum Parochi adducat, aut aliquid in præiudicium eius, siue temporale, [f] siue spiritale moliatur; ob id enim sæpe inter vtrúmque

d *De stat. curat. consider.* 4.

e *Supr. consid.* 15. & 3.

f 16. *qu.* 1. *cano. perue.* & *can. sunt nonnulli.*

ordinem, ac ſtatum, propter admini-ſtrationem Sacramentorum, ac diui-nini verbi concionem, grauis olim quærimonia & perturbatio exorta eſt, quæ tandem non niſi interueniē-te Apoſtolica [g] authoritate, cōponi, & ſedari potuit: cum enim vtriſ-que hic finis propoſitus eſſe debeat, vt communis Domini honor, & glo-ria augeatur, qui hoc impedit, & ri-xas ac lites in familia Chriſti inter conſeruos excitat, & nutrit, iam non diſpenſator, ſed diſſipator potius vi-detur eſſe: quoniam locis aut perſo-nis diuina gratia ac poteſtas non al-ligatur nec Deo præſcribere poſſu-mus, per quos, aut quo modo ani-marum ſalus procuretur. Quamo-brem longè falluntur, vt ſcribit D. Thomas, [h] qui ius hoc prædicandi, & Sacramenta adminiſtrandi, religio-ſis adimere voluerunt, cum apertè in iure [i] habeatur, Epiſcopum viros idoneos ad ſanctæ prædicationis of-ficium

g *Ioan. 22. in extrau. vas elect. de hære. Bonif. in extr. ſuper cathed. Clemens. 5. cap. dudum de ſepult. Trad. conſ. ſeſſ. 13. cap. 15.*

h *Opuſcul. contr. impugnan. religi.*

i *Ext. de off. ordin.*

ficium salubriter exequendum, assumere posse qnod D. Gregorius k confirmat [hi inquit, qui animarum custodes sunt, & pascendi gregis onera susceperunt, mutare loca minimè permittuntur: ii autē, qui amore Domini in prædicatione discurrunt, rotæ eius ardentes sunt, quia ex eius desiderio, per varia loca discurrunt, ipsi ardent, & alios accendunt.] Itáque si ad militiam secularem exercendam aliquæ, religiones vtiliter sunt institutæ, multo magis ad spiritalem: Omnis enim religio ad exemplar vitæ Apostolicæ ordinatur. Quod si vbique digni & cōuenientes, circumstántiarum omnium habitá ratione, (id autem maximè optandum esset). Pastores præfici possent, fortassis minus aduentitiam opem efflagitaremus; sed quia nec votis assequi possumus, nec temporum conditio, & calamitas patitur, magna haud dubiè iis gratia habenda est, ac merces

k *Secund. par in Ezech. hom. 5.*

rependenda, qui vltrò aut requisiti, ad hoc tam salutare & necessarium munus accedunt; tantum abest, vt quidquam de illis, vel sinistri, vel indecori; cogitare, aut proferre debeamus: quin potius, propheticum

l *Isa.* 1.

illud vsurpare liceat, [l] *nisi Dominus reliquisset nobis semen, tanquam Sodoma & Gomorra fuissemus*: quod sæpe, in extremo Ecclesiæ periculo, eorum tam scriptis, quam concionibus, experti sumus. Sed quidquid sit, illud, plane constat, quod habet Augustinus: [m] [qui non ædificat Ecclesiam Christi, nec plebem sibi subiectam instruit, ipse nec Apostolus, nec Propheta, nec Euangelista, nec Pastor, nec Magister est appellandus:] propterea idem obseruat, [n] Apostolum duo hæc coniunxisse, *alios dedit Pastores & Doctores*, quod qui sunt Pastores Doctores esse debeant, & contra. Ambrosius quóque. [o] [Nos inquit, quibus verbi di

m *In cap. 4. ep. ad Ephes.*

n *Ep. ad Paulin.*

o *l. de dignit. Sacer. c.* 1.

bi diuini credita est dispensatio, & qui gregem Christi alendum, nutriendúmque suscepimus, non siue ingentis periculi noxa, nos credimus euasuros, si minimè prædicemus, & licet, ad hæc prædicanda nos retardet vitæ huius improbitas; inuitat tamen præcepti necessitas.] Porrò, vt spiritalis hîc thesaurus, qui in scriptura sacra, sanctorum Patrum & Christi doctrina; institutione ac traditione Apostolorum, & Ecclesiæ, vt in fonte inexausto continetur, ac nobis creditus est; fideliter ac fructuosè expendatur, multa opus est cautione, ac prudentia: nam intentio imprimis spectanda est, vt id totum scilicet in Dei gloriam, & animarum salutem proximè referatur: quia vt scribit Chrysostomus; [p] [qui suscipit laborem docendi, non pendeat à iudiciis externorum, nec sibi pro illorum opinione vilescat, sed proferat quæ Deo

p *l. 1. dialog. c. 6.*

& modus prudenter seruandns est; [quia non vna [s] eádemque cunctis exhortatio congruit; sicut nec omnes par morum qualitas astringit, & quæ aliis officiunt, aliis prosunt: sicut herbæ quæ hæc animalia nutriunt, alia occidunt: adeò vt similes sint auditorum mentes, cordis in cythara intensis, quæ vt consonam modulationem efficiant, dissimiliter pulsari debent, licèt vna sit & eadem quæ prædicatur Doctrina: quod ita esse, ex verbis illis deducit & confirmat Chrysostomus: [t] *circuibat Iesus omnes ciuitates & castella*, [nos autem, qui sumus, inquit, vnius regionis Pastores, etsi regiones circumire necessarium non habemus, singulas tamen passionum species populi circumire, & considerare debemus; & diligenter attendere, qui sint in populo, qui auaritiæ morbo, qui ardentibus libidinis febribus valde laborant, vt ad remedium passionis eorum, aliquod

s *D. Greg. initio 3. partis Pastor.*

t *Hom. 8. oper. imperf. in Mat.*

debet. Poſtremò, tam ex parte ipſius diuini verbi, & Sacramentorum diſpenſatoris, quam ſuſcipientis, diſpoſitio aliqua requiritur: quæ non poteſt eſſe alia, quam ſupernaturalis ac diuina gratia, quæ antecedenter, & concomitanter ad hunc actum ſeſe habeat: nam vt ſcribit Maximus confeſor & Martyr.[x] [Eloquiorum Spiritus, ex acta cognitio, ſolis reuelari ſolet dignis Spiritu, qui ſummo ſtudio virtutum, expurgata mente, ab affectionum fuligine inſtar mundi lucidíque ſpeculi recipientis effigiem, ſtatim, vt obiecta eſt, rerum diuinarum obuenientem, & impreſſam illis cognitionem ſuſcipiunt: illi vero, quorum vita, maculis affectionum diſtincta eſt, vix poſſunt, vel ex quibuſdam veriſſimilibus argumentis, diuinorum noticiam coniicere; tantùm abeſt, vt acuratè ſe illam tenere, & eloqui ſe

x *Centur. 5. c. 17.*

posse sibi arrogent.] Propterea non otiosè dicitur Petrus *in verbo Christi laxasse rethæ & inde copiosam eduxisse piscium multitudinem*, id autem perspicuè adumbratum fuit: y cùm Elyseus Propheta, manus suas superposuit Regi Israël, tendenti, præcepítque vt per fenestram orientalem sagittam iactaret, & cum iecisset, subintulit; *sagitta Domini salutis contra Assyrios*: qui enim officium regendi animas exercent, arcum sumunt, & sagittas emittunt, ad vulnerandas animas contra Diabolũ; dum verba, & sententias proferũt, tàm veteris quã noui testamenti: quod tunc, salubriter fit, quando eorum actiones Deus dirigit, & gratia cœlesti protegit: Ideóque per fenestrã orientalem, sagitta salutis, id est, prædicatio sancta emittitur, quia lumen scientiæ ac doctrinæ à Deo est, inspirante, & illustrante: quod autem subiicitur, cum tribus vicibus Rex Israël id fecisset, iratum

Luc. 5.

y *Hug. de san. victo. l. 1. miscella. tit. 111. in 4. Reg. 5.*

iratum esse Elyseum, quod nõ etiam quinquies, sexies, vel septies, perspicuè ostendit carnales & simplices, nõ solum fide Trinitatis imbuendos esse, sed vt quínque sensibus imperent, & bonis operibus, quæ per senarium exprimuntur, fructum impendant, tum demũ septiformis spiritus scientiam meditentur. Quia tamen [z] frustra laborat exterius lingua predicantis, nisi intus adsit gratia Saluatoris, promittitur à Deo; *dabitur pluuia semini tuo vbicúmque seminaueris in terra*, & rursus *irrigabo cor populorum multorum*, vt igitur non tantum audire, sed credere etiam sicut oportet ad salutem possimus: ille solus præstat [a] *qui surdos fecit audire & mutos loqui.*

[z] Hug. card. in Psal. 78. Isa. 30. Ezech. 32.

[a] Marc. 12.

Quo amore & charitate, erga sibi commiſſas oues, Paſtor affici debeat.

CAPVT IX.



HARITATIS habitus, inclinat non modo ad amandum Deum, vt in ſe eſt infinitè bonus, ac perfectus; ſed ea etiam omnia quæ ad illum pertinent, eóque arctius, quò ei chariora ac pretioſiora eſſe intelligimus, eiuſmodi imprimis eſt, Eccleſia, & ſponſa eius, [quam non pecunia, néque alio ſimili, inquit,
a 1. dialog. c.2. Chryſoſtomus [a] D. Paulum ſecutus
Act.20.c. ſed ſanguine ſuo acquiſiuit:] Propterea omiſſis omnibus aliis virtutibus, Chriſtus de ſola dilectione interrogat, Petre amas me plus his? paſ-

paſce oues meas: ſicut enim ad firmitatem ac diuturnitatem ædificij, nihil magis confert quam fortiter adherens & coniungens calcis glutinum, ita nec ad compagem corporis Eccleſiæ, quam mutua inter Paſtorem & gregem amoris beneuolentia: fide itáque Eccleſia fundatur, ſpe conſurgit, charitate verò firmatur & conſolidatur. Virtutis huius meminit Deus per Prophetam, ac pollicetur: *ego ero illi dicit Dominus murus ignis in circuitu*, [qui vt docet Hieronymus [b] nobis ignis eſt in circuitu, vt credentes & habitantes in medio calefaciat, qui prius frigore charitatis intepuerant; vt poſſint eſſe ſpiritu feruentes: lupos & ſæuiſſimas beſtias, quorum fructus eſt fœnum, ligna, ſtipulæ & afferunt tribulos, ac ſpinas ſuo igne conſumat, & qui aduerſariis ignis eſt, ſit in medio credentium gloria.] Quidquid ſit, dilectio

b *Tomo 6., oper. in ca. 2. Zaca.*

dilectionis obligatio, ac debitum tale est, vt nunquam possit exhauriri: sicut ignis elementum, cuius est symbolum, à Philosophis iudicatur esse infinitum, seu excressere in infinitũ, per nouæ appósitionẽ materiæ: quod Theologi dixerunt, charitatis esse proprium, vt non constituat, sicut reliquę virtutes, medium ac modum ex parte obiecti, sui, cum in illo non possit vnquam reperiri excessus, quia nunquam possumus nimium amare Deum, cum dignior, sit omni amore, sed neque etiam proximum in ordine & habitudine ad Deum. Ideóque rectè monet Apostolus,[c] *nemini quidquam debeatis præterquam inuicem diligatis.* Aduersus hanc igneam munitionem, callidus hostis, frigidum illud verbum, meum, & tuum, auaritiæ & habẽdi cupiditatis aggerem excitat, & instruit; tantò magis clericis & Ecclesiæ præpositis declinandum, quod vltra ac sponte, diuitiarum & sæcula

c *ad Rom.* 13.

ſecularium rerum curam & admini-ſtrationem procul à ſe abdicaſſe videantur, vt quæ Dei ſunt, liberius cogitent & amplectantur, in cuius ſortem, ac hæreditatem ſpecialiter adſcripti ſunt: quamobrem profuſiores eos eſſe oportet in impartiendis, maximè erga ſubditos, tam ſpiritalibus quam temporalibus ſubſidiis & eleemoſinis: quò pertinet trina Chriſti ad Petrũ [d] interrogatio *diligis me plus his. Paſce oues meas*, quaſi dixiſſet; paſce verbo, paſce exemplo, paſce ſubſtãtiâ & miſericordię officio. In eúmque finem, largiores prouentus illis aſſignaſſe videtur Eccleſia, quos vltra debitam, ac decentem vitæ & ſtatus ſuſtentationem in pauperes erogare teneãtur: Oportet enim, inquit Apoſtolus, *Epiſcopum hoſpitalem eſſe ac benignum*: [e] ob idque antiqui canones [f] non ſolum eos grauiſſime percellunt, ac reprehendunt qui ſecus faciunt, ſed etiam qui turpe lucrum,

& ne

d *Ioan.* 21.

e 1. *Ad Timoth.* 3.

f 12. *Qua.* 1.

gociationis quæſtum ſectantur: præfert enim, vt ſcribit D. Thomas,[g] negociatio mali ſpeciem, à qua omni, clericis abſtinẽdum eſt 1°. quia ordinatur ad terrenum lucrum, quod deſpicere debent reſpectu ſpiritalis; deinde, quia frequentius in eo peccatur: poſtremò quoniam multipliciter ſecularibus curis per eam implicamur, ac ita, laicis ſcandali, & offenſionis materia præberi poteſt. Quod non diſſimulauit Laurentius Iuſtinianus,[h] [periculoſa inquit, res eſt, vt in prælationis culmine poſitus, qui totius ſanctitatis debet præfulgere decore, atque grauitatis morum inſigne præferre, ipſe ſupereffluat in exterioribus, in aggregandis diuitiis, in colendis poſſeſſionibus, colligendíſque fructibus intendat, & tanquam paterfamilias, cui incumbit regimẽ vxoris, liberorum, ſeruorum, gregum, ouium ac iumentorum totâ Die huc illúcque diſcurrat

g 2.2. qu. 77. art. 4.

h De reg. prал. c. 6.

rat, per plateas, nundinas & nemora. Quamuis autem, res ſuas vendere, & emere, iuxta ordinem commutatiuæ iuſtitiæ, & ſeruata loci & temporis conſuetudine, Clericis permittatur, non tamen emere, vt carius inde vendant; id enim in concilio Terraconenſi decernitur; vt quicúmque in clero eſſe voluerit, emendi vilius & vendendi carius ſtudio non vtatur, alioquin à clero cohibeatur. apud Dionyſium[i] Cartuſianum reuelatio extat Epiſcopi cuiuſdam, inter cauſas damnationis ſuæ, ex tribus, hanc vnam fuiſſe affirmantis, quod creſcentes fructus annos, tumidè & auarè contra pauperes reſeruaſſet, multo minus Clericis licet[k] conducere poſſeſſiones, aut permiſcere ſe ſecularibus negotiis, ac procurationibus; niſi fortè qui legibus ad minorum ætate, tutelas, aut orphanorum, & viduarum inexcuſabiles attrahuntur,

i l. de plur. benef. art. 7.

k 23. diſtinct. ca. decreuit.

aut Episcopus Ecclesiasticarum, rerum eis gubernacula commiserit. Propterea Eugenius Papa ad Lucensem Episcopum scribens, Sacerdotibus inquit, & clericis tuis denunties, publicè, ne ministri laicorum fiant, nec in rebus eorum procuratores existant; quod si postmodum præsumpserint facere, & occasione ipsius administrationis, propter pecuniariam causam deprehenduntur in fraude, indignum est eis ab Ecclesia subueniri, per quos constat in Ecclesia scandala generari. Quòd tempore D. Cypriani ita rigidè obseruatum fuit, vt sicut ipse testatur: 1 Si
1 *l.1.ep.9.*
quis decedens ad tutelam, vel curam clericum nominaret, pro eo nec sacrificium offerri soleret: quia ad altare Dei nominari non meretur, in Sacerdotum prece, qui ab altari Sacerdotes suos, & leuitas auocare voluit:] hoc enim maximè animi attentionem ad res diuinas, & tranquilita

litatem imminuit, nam vt loquitur D. Bernardus: m [riuus quà fluit, terram cauat, sic decursus temporalium conscientiam rodit. Si potest torrens in agros discurrere, sine læsione satorum, & tu, te posse ista sine mentis vulnere tractare confidis,] accedit, quod ex his proximè oritur, frequens litigij occasio, quod etsi in iure ad res suas tuendas permittitur, propter importunitatem tamen litigantium, & improbitatē, eorúmque fraudes, ab ipsomet iure n etiam tanquam vitiosum damnatur propterea Apostolis o litigiosum ab Episcopatu arcendum esse, & *seruum Dei non litigare, sed mansuetum ad omnes, & patientem esse* oportere præscribit: magnam quippe in se indecentiam continet ac deinde Prælati litigiosi rusticis comparantur. p 1o. quia isti sæpe in litigiis versantur, ac plus possunt exteriori occupatione, quam doctrinâ & lectione, quæ imminuitur litigio,

m *l. 4. de consid. ad Eugenium.*

n *l. consemus c. de litigio.*

o *2. Ad Thimo. 2.*

p *Ioan. à Turr. in summa distin. 46.*

litigio, ac præpeditur: ex quo tãdem, ſæua quædam & indomabilis in illis durities, & inhumanitas cõſequitur, nec tam facilè ad pacem flectuntur, cùm tamen Epiſcopi & Paſtoris, maximè proprium ſit, pacem inter litigantes componere, ac diſſidentes inter ſe conciliare, exemplo eius, qui eſt pax noſtra, & facit vtráque vnum. Cauſa vero litigij multiplex aſſignari poteſt, ſuperbia, iracundia, impatientia, auaritia, & cupiditas: *vnde bella & lites in vobis nonne ex concupiſcentiis veſtris*, inquit, Apoſtolus [q] ita vt teſte Auguſtino [r] nihil ſimilius ſit actionibus Dæmonum, quam litigare ob ídque vilis & contemptibilis reputatur litigantis perſona, quæ omnia longè à Paſtorali dignitate ſunt aliena.

q *Iacob.* 4.

r 11. q. 1. §. *ex his.*

De

De quibuſdam vitioſis affectibus, quibus impugnari, ac de ſtatu charitatis & lentitatis Parochus dimoueri ſolet.

CAPVT X.



X charitate tenemur, iis quos diligimus, cõuenientia bona velle, ac deſiderare, de illíſque tanquam ſi nobis propria eſſent gaudere, & lætari: nihilominus contrariis valde ac pernicioſis affectibus, vtpote, Irâ, inuidia, impatientia, triſtitia, & ſimilibus non ceſſat dæmon Paſtorum mentes laceſſcere, qui vt loquitur Laurentius Iuſtinianus. [a] In medio fragore populi: in clamoribus litium ſecularium, ac perturbationibus negotiorum temporalium conſtituti multò frequentius

[a] *Supra de reg. prál.*

ac facilius iis impetuntur ac implicantur: rectè tamen sapiens pronunciauit, *multæ aquæ non potuerunt extinguere charitatem, nec flumina obruent eam:* [b] propterea de iis nunc quomodo declinandi sint pauca subiiciemus. Charitatis insignia ac proprietates describit Apostolus, [c] *Charitas patiens est, benigna est, non æmulatur, non agit perperam, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet super iniquitate congaudet autem veritati omnia suffert credit, omnia sustinet.* Horum verò omnium, si propriè loquamur, duplex causa assignari potest, prima est inordinatus & immoderatus sui amor, quo quis, ita in omnibus quæ occurrunt, siue spiritalibus, siue temporalibus officiis, proprium honorem, quietem, ac vtilitatem quærit, & sectatur, vt si minus, vel non omnino, ex animi sententia & voto assequatur, statim irascatur, inuideat, impatienter ferat, mœrore tabescat

b *Cant. 8.*

c 1. *Ad Corint.* 13.

& con

& conficiatur, altera verò eſt, quando vt par eſt Dei prouidentiæ, quæ immutabilis,in ſui diſpoſitione nunquam fallitur, omnem noſtram curam ac ſollicitudinem non committimus, nec eius voluntati appetitum noſtrum, & voluntatem conformamus hinc enim fit, vt ſi quid præterquam quod cogitemus, aut velimus, ſecus eueniat, illicò perturbemur. Itáque ſicut longo vſu, & experientiâ rebus militaribus, forenſibus, aut etiam ruſticanis aſſueti,non ſemper victoriam, vel ſi eam non tamen incruentam, fœlicem negotiorum xitum, aut expectatum fructum aſſequuntur, ac præcipiunt, nec ob id grauius commouentur, aut ab incœpto & propoſito deſiſtunt, ita plane, qui animarum culturam exercent, mulra eos incommoda,& opprobria perpeti, ac ſuſtinere oportet, varias & innumeras inſtar Prothei cuiuſdam,pro modò ac ſtatu ſubditorum,

formas assumere, vt sic facilius al-
d 1. Ad Cor 9. liciantur exemplo eius, [d] qui gloria-
batur: *omnibus omnia factus sum vt omnes facere saluos*, Nã vt scribit sanctus
e Hom. 111. de his qui præsũt. Antiochus [e][Pastor omniũ defectus, ac morbos pro modulo rationis discat ferre, quasi Athletes: vbi enim fatigationis maior moles occurrit, ibi maior etiamnum quæstus: qui si minus dicto audiẽtes atque intractabiles fuerint, ad officium & obedientiã amabili leuitate erga illos vsus reuocare studeat: nõ enim vulnus vno eodémque curatur emplastro, curandi veniunt Parroximi crebra infusione humidorũ,] quæ tamen, si adhibita morali diligentia & prudẽtia nõ succedunt, Deo in cuius manibus sortes nostræ sunt relinquendum, & orandum, vt sicut fuerit voluntas in cœlo sic fiat, potiusquã, his passionum stimulis periculosè agitari, quæ non modò magnam quandam indecentiam, tam in priuatis quam publi-

cis

cis actionibus, sed perniciem etiam animæ & corpori afferunt. Nam vt imprimis testatur D. Chrisostomus,f [nihil ita puritatem, & aciem mentis obtundit, vt iracundia inordinata, quæ fieri solet concitatione vehementi, sicut in nocturno quodam prælio, obscuratus mentis oculus, non potest socios ab hostibus discernere, nec ab honoratis ignobiles, sed omnibus vno modo vtitur, & quæcumque mala perpetienda sunt, sine retractatione perpetitur; tantum vt voluptas expleatur furoris: hæc enim inquit, voluptas; vt quædam animi indignantis accessio, cunctam eius sanitatem, atq; constantiam ex omni parte coturbans, tam in superbiam, quàm ad inimicitias irrationabiles, & odiū importunum assiduósque casus, facilè impellit, multáque deformia, tam agere quam dicere cogit: cum penitus passio talis infligitur,] Porrò, inuidiæ malum,

f l. 4. dialo. c. 14.

quam deforme ſit ac periculoſum, luculentè oſtendit D. Baſilius. [g Qui caput inquit, aut membrum aliquod dolent, medico morbum aperiunt, atqui ægrotat inuidiâ, cui dixerit, angunt me proximi bona, nam veritas eſt hæc, attamen verba fateri erubeſcit, quid quæſo te affligit, proprium malum, an alienum bonum? certè malum tuum, incurabile: canes enim nutriendo manſuetos reddimus, inuidum verò, & malignum beneficiis noſtris deuinciendo longè peiorem reddimus: non enim gaudet iis quæ recipit bonis, ſed tuâ triſtatur fœlicitate quod facultas tibi ſit, eius vſui ſubueniēdi.] Huius verò mali authorem, omnes Diabolum cōſtituunt qui vt idem ſubiicit, poſtquam à Deo ſummo Imperatore, ac omnium conditore, per ſuperbiam defecit, vbi vidit hominem ad ipſius imaginem factum, cum non poſſet in authorem ipſum, quem ante om-

g Hom. in varios ſcrip. loc.

nes lædere cupit in eius imaginem ſuam exercuit malignitatem; veluti ſi quis homo, quando Regem inimicum attingere non valens, eius ſimulachrum cederet: ídque confirmat Pardalus ſimilitudine, quæ cum ſit homini inimiciſſima, vt eius furor deludatur, ſiei in ſtadio ex charta hominis imago obiicitur, illam ſtatim furibunda cõſcerpit atque dilacerat, hoc argumento ſatis oſtendens, quá-ta ſit eius aduerſus hominem inimicitia; ſic Diabolus in Dei imagine, hominem apparentem inſectatur, quando Deum ipſum attingere nequit. Quidquid ſit, inuidia ſpecies quædam videtur eſſe blaſphemiæ, qua Deo, id quod illi maximè competit detrahitur, lumen videlicet eſſe indeficiens, & fontem inexhauſtum omnium bonorum, ex quo ſingulis ſine diminutione haurire licèt; cum tamen inuidus, quod commune omnium bonum eſt, proprium ſibi ac

pecu

peculiare eſſe velit; ac ſine vlla communicatione, contra tamen ipsá naturam boni, [quod ſui ipſius, teſte. D. Dioniſio [h] diffuſiuum eſt,] charitas autem non quærit quæ ſua ſunt. Peccati huius virus, maximè inter æquales, & eiuſdẽ cõditionis homines ſerpit, eóſque adurit; tantò grauius, quò bonũ, quod alteri inuidetur nobilius eſt: Cuiuſmodi ſunt dona gratiæ, & ſpiritalia bona, quę Deus præter gratiá habitualem, & iuſtificantem, certis hominibus ad ædificationem Eccleſiæ cõferre ſolet, quæ venerari potius ac ſuſpicere, quàm malignari & exoſá reddere debemus: propterea, inuidentia diuinæ gratiæ, in proximo, meritò inter peccata, irremiſſibilia recenſetur: non quod omninò, ſed quod difficilimè admodùm, propter ſpecialem quantam indignitatem, & ingratitudinem remitti ſoleat: Deus [enim inquit

[h] *L. 4. de diui. dom.*

[i] *Ep. ad. Cteſiſon.*

inquit Hieronymus, i gratiæ suæ Dominus est, eamque cui vult, & quomodo vult, confert ac largitur.] Ridiculum verò est, ne dicam indignum, vt qui Christianus maximè verò Christianis præpositus est, cui omnia aduersa debent esse præuisa in patientiæ telo incautè feriatur, nam vt præclarè Saluianus: k [Nemo moueatur in tribulatione, ipsi enim sumus qui in hoc positi sumus, & ideo cum in hoc nos esse positos Apostolus dicat, vt ærumnas & miserias, vt tristitias perferamus, quid mirum si mala cuncta perferimus, qui ad tolleranda vniuersa militamus,] ideo sanctus Antiochus: l [qui tentationum inquit iacula à se depellere quidem vult, nec fulcit se armis Orationis & patientiæ, adeo à se non profligat eas, vt etiam perplexius inuoluatur.] propterea Apostolus monet, *patientia vobis*

k *l. 3. de iudi. & prouid.*

l *Hom. 25. de tristi.*

vobis necessaria est, vt voluntatem Dei
m adHebr. 10. *facientes reportetis repromißiones.* [m] Id autem in calumnia perferenda maximè locum habet: nã vt docet Chrisostomus, [[n] qui iure arguitur, potest

n l. 3. Dialog. c. 18.

ferre patienter quia non est aliquis conscientia amarior accusator, qui verò nullius est sibi conscius, cũ causis non extantibus increpatur, citò irascitur & animo facilius fatigatur, si non fuerit prius meditatus insipientiam multorum ferre patienter. Neque enim facilè inuenire poteris eum qui calumniam sustinet, non mentem ei turbari, & aduersus tantam inscitiam commoueri.] Quidquid sit tribus de causis qui patienter fert, ac sustinet, aggredienti preferendus videtur; primò quia pati adjunctam semper habet aliquam temporis diuturnitatem, deinde cum potentiori contendit, denique quoniam in præsenti periculo versatur: quæ in alio locum non habent: is enim

enim citò & ex animi impetu, & imbeciliorem ſe aggreditur, futuróque tantum periculo ſe exponit, itáque duo præſtat patientia, primò ne magnitudine & dificultate periculorum animus frangatur, deinde ne diuturnâ eorum perpeſſione, ac tolerantià fatigatus deſiſtat: quod oritur ex perſeuerantiæ dono. Tanti igitur, & meritò facit D. Cyprianus, o patientiæ virtutem, vt eam nobis cum Deo communem eſſe, dicat, [qui, vt inquit, cum crebris, imò continuis exacerbetur offenſis, indignationem ſuã temperat, & præſtitutam ſemel retributionis diem expectat, cúmque habeat in poteſtate vindictam, mauult diu retinere patientiam, vt ſi fieri poteſt, multum protracta malitia aliquando mutetur, & homo in errorum & ſcelerum contagione volutatus, vel ſerò ad Dominum conuertatur :] qua qui caret patientia, neceſſe eſt eũ omni ſolatio inter huius

o *l. de bono patien.*

vitæ

vitæ ærumnas, & miſerias priuari, & importunam, quæ ex ea proximè oritur triſtitiam continuò experiri: cuius perniciem his verbis & copioſè explicauit ſanctus Antiochus p [quod quis intempeſtiuo conficitur mœrore, ab ipſo noſtræ ſalutis æmulo dæmone proficiſcitur, in hoc enim inſtillat cordi importunam triſtitiam, vt mentem a propoſito reuocet, ac proinde hominem ipſum infrugi & invtilem reddat. Triſtitia eſt animi mœrentis deiectio, vermis cordis, ſuammet exedens matrem, mœrore intabeſcens; ſimilis eſt ei qui æſtuanti febre laborat: victor paſſionum, victor vtique eſt triſtitiæ; quem vincit voluptas, is non facile effugerit triſtitiæ vincula, ſimilis, eſt ei qui ægreſcit quidem, ſed ſimulatione ementitur habere ſe ſanitatem quemadmodum vel colore quis ſe prodit morbo ſi premitur: ita cum perturbatione animi quiſpiam agitatur,

p *Hom. 35. de triſti.*

tatur,

tatur, tristitiæ conuincitur argumento: causam verò & originem tristitiæ idem subiicit, qui mundum, inquit, diligit, necesse est vt subinde contristetur, & mœreat, qui autem quæ in mundo sunt bona ne tantilli quidem ducit, iugi lætitia perfruetur: quod si mens inertia animi eneruetur, tristitia arrodere incipit hominis cor, sicut solet pallium exædere tinea; vermis lignum, in ligni ossibus prognatus, vnde admonet scriptura *tristitiam longe auerte à te, multos enim occidit tristitia, & non est vtilitas in ea.* [b] *Ex tristitia prouenit mors, & tristitia cordis inclinabit & emolliet cor:* Spiritus enim Dei, qui in hanc etiam carnem se effudit, tristitiam non fert neque animi angustiam: circunda igitur tibi hilaritatem, quæ omni tempore promeretur apud Dominum gratiam: &

q Eccl. cap. 30.

delectare in ea: huc accedit, quod præter hoc iniquitatem operatur, dum Domino non confitetur, assidet enim interpellationi eius spiritus tristitiæ, non sinens puram esse diutius eius interpellationem ante altare Dei; vt enim acetum vino si immisceatur, nihil adfert mundi gustus, ad eundem modum tristitia mistim inserta, Spiritus sancti domicilio collocutionem reddit inamœnam.] Longè tamen diuersa est, nequis fallatur, tristitia quæ secundũ
r 2. *Ad cor.* 7. c. Deũ est. [r] Et stabilem salutem operatur, quæ ad horam contristat, & ex detestatione peccati oritur, eámque mox spiritalis lætitia consequitur; hæc enim à charitate Imperatur; vt enim [s] argentum alioquin
s *Idem sup.* reprobum collustrat conflatorius ignis, ac purius reddit, sic tristitia, quæ secundum Deum est, cor expiat licèt occaluerint peccati scoria,]

ria,] illa verò quam dixi, charitatem obſcurat & imminuit, ac proinde omnis illi aditus, & citò præcludendus eſt.





TERTIA PARS DE MVLTIPLICI RECTE IN HOC ORDINE PRAESIDENTIVM remuneratione.

Quæ honoris prærogatiua Pastoribus debeatur.

CAPVT I.



NATVRALI iure & æquitate nititur D. Pauli senté-tia,[a] *ei qui operatur, merces nō imputatur secundum gratiam sed secundū debitum*, hoc enim includit rationem iustitiæ, quæ vnicuique reddit quod proprium est: adeò vt meritum, & præmium proportionem inter se, & habitu

a *Ad Rom.* 4.

habitudinem habeant, non solum ratione ęqualitatis, sed motiui etiam; ita vt quò alicui maius proponitur præmium, maiori impulsu feratur ad rectè operandum: propterea cùm de singulis aut saltem pręcipuis virtutibus Pastoris, supra dictum sit, consequens est, vt explicemus, quæ merces illi proposita sit ac debeatur. Cum autem duplex tantum, presentis scilicet & futuræ vitæ status, ad hoc idoneus concipi possit, duplex quóque, pro ratione vtriúsque, remuneratio assignari debet; vt pote honor & obedientia, simul etiam temporalis cuiusdam subsidij, pro spiritalium administratione perceptio, tum verò æternæ fœlicitatis fruitio: ita enim diui Pauli verba diuus Augustinus interpretatur [b] *qui bene præsunt Præsbyteri, duplici honore digni sunt*: qui propterea in eo positus esse videtur, vt non solum interiorem erga Pastores nostros affectũ, ac rectũ

[b] 1. *Ad Timoth.* 5.

de illis iudicium habeamus, sed etiã exteriori cultu & obseruantia, vt par est ita colamus; vt neque ore neque gestu, aut actu aliquo, eorum fama lædatur aut minuatur, sed in omnibus debita obedientia exhibeatur, ac demum conueniẽs stipendiũ, pro debita vitæ, ac status sustẽtatione, lubenter persoluatur: nam vt idem alibi [c] [vnde viuitur necessitatis est accipere, charitatis est præbere, non tanquam venale sit euangelium, vt istud sit pretium eius quod viuant; qui euangelium annonciant vnde viuant: Si enim sic vendũt, magnam rem vili pretio vendunt, accipiât necessitatem sustentationis à populo, mercedem dispensationis à Domino, nõ enim idoneus est populus reddere mercedem illis, qui sibi in charitate Euangelij seruiunt: non expectent illi mercedem, nisi vnde & isti salutem.] Quidquid sit, rectè diuinus Plato; [d] eos, qui similitudinem aliquã cum

c *l. de past.*

d *Dial. 4. de legi.*

cũ Deo habẽt honore prosequendos esse affirmat, & maiori quidem, quò maiorem; cuiusmodi vult esse angelos puriores, qui scilicet diuinæ ad nos volũtatis sunt interpretes, & Parentes, quos Dei vicarios nominat; quod eandem erga proprios liberos curam, & beneuolentiam exercere videantur, quam Deus in omnes homines communiter. Vtrúmque verò Ecclesiæ Præpositis maximè competit, qui angeli Domini [e] exercituum, ex quorum ore legem eius accipere debemus; & spiritalium parentum vices gerere dicuntur, vt non immeritò Patres antiqui, eos non modò progenitoribus nostris æquarint, sed etiam prætulerint: vt Chrisostomus, [f] [isti sunt, inquit, qui nos spiritali affectione parturiunt, & regeneratione baptismatis exequuntur, per ipsos Christum induimus, per ipsos coniungimur Dei filio, per ipsos membra beati illius capitis efficimur, quomo-

e Malach. 2.

f l. 4. dial. c. 6.

do ergo nobis isti, non solum reuerendi magis, quàm aut Reges, aut iudices, sed etiam magis erunt honorabiles quàm parentes? quorum tamen eminentiam ac dignitatem disertè his verbis nobis proposuit sanctus Antiochus, [g parentes vt honore prosequamur, vtque vicem rependamus, vel ipse naturæ tenor atque ordo docet, nos iure obstringi: Idipsum confirmat sanctio legis diuinæ, imprimis quia sensile hoc lumen illorum opera intuemur; deinde, & spiritalem lucem hausimus, nimirum agnitionem fidei, quæ nos per regeneratiui lauachri gratiam rectè adducit ad Dominum nostrum Iesum Christum: tum propter pium erga suos liberos quem illorum animis natura inseruit, affectum ob laborem, quem pro illorum educatione sustinent, & anxiam sollicitudinem, qua interdiu noctúque anguntur, dum male metuunt,

g *Hom. 108. de hono. parēt.*

tuunt, ne quid filiis ſuis occurrat fortuiti, & aduerſi caſus : ſedulò item, dum operantur, ac perplexos, adeunt labores, quibus liberis ſuis indumẽtum parent, & alimentum, vtque poſteritati ſeponant theſaurum, & à morte relinquant, quam quæſo vicem vniuerſis his dignam rependere poſſumus: quo circà adnitamur pro virili, ea explere quæ ad eorum pertinẽt honorem, famulatum, requiem, hæc, ille.] Quæ ſingula proportione quadam ad Eccleſiæ præpoſitos, ac Prælatos transferri poſſunt: proptereà meritò & propriè Patres nominandi ſunt, quod omnia ſcilicet parentum officia pro infundenda & conſeruanda ſpiritali vita erga nos expleant, per ſacramenta, quæ illi erga carnales filios: licet pauci tamen eos nunc hoc nomine dignentur & compellant. Transfertur autem analogicè hoc patris nomen, ad eos etiam qui propter aliquam

crum habes, neque mysteriis participas neq; benedictionibus frueris, non ergo Christianus es.] Idē confirmat, ex collatione Sacerdotū veteris testamenti cū nostris m, qui potestatem tantū habebant curandi corporis leprā, imo non curandi, sed ostendendi tantum eos esse mundatos, at nostri, inquit, non corporis leprā, sed immunditiam mentium tollunt, non ex parte probandi, sed omnifariam mundandi obtinēt potestatem: propterea qui hos contemnunt, magis mihi rei videntur quam Datan & Abyron, digníque maiori supplicio: quoniam etsi illi indebitum honorem vsurpare voluerint, tamen magnam habebant mysterij ipsius æstimationem, cuius se velle fieri participes vel temeritate docuerunt. Hi verò quoniam huic officio multum honoris accessit, & in gloriam promouit amplissimam, tantò ex aduerso quàm Datan & Abiron, atque au-

m *l. 4. Dial. c. 6.*

su

ſu maiore delinquunt: neque enim æquale eſt peccatum, indebitum honorem velle peruadere, & quod tam magnum audere deſpicere, ſed tantò grauius eſt iſtud illo, quantum diſtat inter ambitum & deſpectum.] Honor igitur & ſublimitas Epiſcopalis, vt ſcribit Diuus Ambroſius [n] nullis poterit ſublimitatibus & comparationibus adæquari, ſi Regum fulgori compares, & Principum diademati, longè erit inferior quàm ſi plumbi metallum, ad auri fulgorem compares, quippe cum videas Regum colla, & Principum, ſubmitti genibus Sacerdotum, & exoſculatis eorum dextris, orationibus eorum credant ſe communiri.] Id verò adumbratum fuiſſe conſtat, In Melchiſedech cui decimas omniũ obtulit Abrahã, & viciſſim ab eo benedictionẽ accepit, maior enim à minori nõ benedicitur, qui Sacerdos altiſſimi factus eſt, vt potẽtiâ pręcederet reges, &

n l. de dign. Sacer. c. 2.

ſan

o Marul. l. 3. exemp. tit. de hono. Sacer.

ſanctitate Deo proximior fieret: Aaronis o etiam Sacerdotalia ornamenta eiuſmodi erant, vt in eis creaturarum omnium typus & imago allegoricè depræhenderetur; quod maximam habet cum Deo ſimilitudinem, in quo rerum omnium perfectiones cōtinentur; propterea à Conſtātino Imperatore lex edita fertur, qua decernitur plus honoris deberi homini in Sacerdotali dignitate conſtituto, quam alij vel Domino vel Regi. Valentinianus Imperator cum adeunti ſe diuo Martino non aſſurrexiſſet, & à ſe aliquid expetēti ſubiratus repulſam dediſſet, ſtatim flamma à ſolo ſurſum verſus emicante commotus, ac perterritus vltrò petita conceſſit: ac deinceps magno in honore habuit. Marcellinus quóque Anconæ vrbis Epiſcopus, æger pedibus, contra incendium quo vrbs deflagrabat delatus, cum ad eum vſque, mira res, flamma perueniſſet retrocedere

dere

dere cœpit, paulatimque euanescens sæuire desiit. De Attila Hunnorum Rege, refertur cum armis infestis Romam ingressus esset, occurrente sibi cum Clero; augustiore ac longe supra humanum habitu ac decore, leone summo Pontifice, perterritum statim Italia excessisse. Quibus miraculis honorem Sacerdotibus debitum Deus comprobasse videtur, è regione verò infœlicem vitæ exitum illi habuerunt, qui in eos iniuriosi & contumeliosi fuerunt: sicut de Doego Idumeo á Saüle[p] Rege Sacerdotes Dei in Niobe interficiente constat, qui proprio mucrone confixus occubuit, ac de pueris Eliseo Prophetæ illudentibus qui ab vrsis repentè ex saltu irruentibus crudeliter discerpti sunt, refert Polydorus Virgilius:[q] Cum D. Thom. Cantuariensis Archiepiscopus prope Stradum Angliæ vicum obæquitaret, à malignis quibusdam, eiusdē loci accolis, equi

p 1.Reg.c. vlt. 4.Reg. c.2.

q Anglica. hist. lib.13.

equi eius caudam per ſpeciem contumeliæ & probri, præciſam fuiſſe: quod ita Deus vindicauit, vt omnes qui ex eo hominum genere qui id facinus feciſſent ortum duxerunt nati ſint inſtar brutorum animalium caudati, quæ tamen inquit infamia, iampridem vna cum gente illa eorum hominum qui peccarunt deleta eſt. Aequum eſt igitur & vtile audire D. Paulum r loquentem, *Obedite Præpoſitis veſtris, ipſi enim perugilant, quaſi rationem reddituri pro vobis*, multóque diligentius quàm naturales medici, quos tamen Deus inſtituit & honorari propter neceſſitatem præcepit s.

r Ad He. 8.

s Eccl. 38.

Quo

Quo iure iis qui præsunt Ecclesiæ pro spiritalibus officiis temporalia subsidia sunt rependenda.

CAPVT II.

MERCES altera; sub duplici honore ab Apostolo cōprehensa, est mutua quędam vicissim bonorum temporalium, pro debita vitæ ac status sustentatione, retributio: cuius idem meminit, [a] *Si nos vobis spiritalia seminauimus; magnum est si carnalia vestra metamus, quis militat stipendiis suis vnquam? quis plantauit vineam & de fructu eius non edit? quis pascit gregem & de lacte gregis non manducat?* Dignum est enim, vt qui publicam nauant operam, publicis etiam impensis subleuentur & enutriantur. Eàpropter regibus, ac Principibus tributa & vecti-

a 1 ad Cor. 9.

galia debentur; ad idque subditi iure cogi possunt; quod pro eorum salute solliciti, & decertare parati sunt. Accedit, quod qui publicis officiis occupantur, ac detinentur, minus priuatis inseruire possint, & contra: cum propter vnum necessariò ab altero auocentur: vtrúmque autem id interest, ac proinde pretio æstimari potest. Cum itáque vt docet Aristoteles, [b] in republica oporteat esse qui Deorum curam gerant, vt pote quibus iratis, vel propitiis, ciuium salus stat aut concidit; certum est, non modo digniores tantum & sanctiores, ad hoc munus exequendum deligendos esse, sed etiam [c] cum sit res omninò speculatiua, & ab his inferioribus eleuata, de necessario vitæ huius vsu ac sustentatione illis prouidendum; vnde Sacerdotibus Egyptiis, qui ex officio, stellarum & planetarum contemplationi vacabant, quos vt Deos, gens illa colebat,

b l.6. Politic.

c D.Thom. lecti.1. Metaphi.

lebat, vt liberi omnino eſſent ab omnibus aliis occupationibus, ex ærario publico alimenta ſuppeditabantur, eorúmque poſſeſſio à tributo exempta fuiſſe legitur. [d] Præfert etiam mendicitas & egeſtas, coacta ſcilicet, non libera aut votiua omnibus alioquin naturaliter exoſa; ſpeciem quandam probri & contemptus, qui ab homine in honore ac dignitate conſtituto imprimis deuitandus eſt, ne cum priuato dedecore, publicum etiam coniungere videatur; quæ ſingula, cùm in republica Chriſtiana etiã locum habeant, ſapienter admodùm Eccleſia, partim naturali & diuino, partim ciuili & politico iure adducta, Præpoſitis ſuis ac miniſtris, de neceſſariis & conuenientibus redditibus prouideri voluit: [e] ac neminem ne ſacris quidem ordinibus, niſi competenti dote præditum initiari: ne alioquin illis euagandi & mendicandi

d *Gen.* 47.

e *Dinſt.* 93. *can. Diaco. Trid. conc. ſeſſ.* 21. *c.* 2.

do ergo nobis isti, non solum reuerendi magis, quàm aut Reges, aut iudices, sed etiam magis erunt honorabiles quàm parentes? quorum tamen eminentiam ac dignitatem disertè his verbis nobis proposuit sanctus Antiochus, [g parentes vt honore prosequamur, vtque vicem rependamus, vel ipse naturæ tenor atque ordo docet, nos iure obstringi: Idipsum confirmat sanctio legis diuinæ, imprimis quia sensile hoc lumen illorum opera intuemur; deinde, & spiritalem lucem hausimus, nimirum agnitionem fidei, quæ nos per regeneratiui lauachri gratiam rectè adducit ad Dominum nostrum Iesum Christum: tum propter pium erga suos liberos quem illorum animis natura inseruit, affectum ob laborem, quem pro illorum educatione sustinent, & anxiam sollicitudinem, qua interdiu noctúque anguntur, dum male metuunt,

g *Hom. 108. de bono. parēt.*

tuunt, ne quid filiis suis occurrat fortuiti, & aduersi casus: sedulò item, dum operantur, ac perplexos, adeunt labores, quibus liberis suis indumētum parent, & alimentum, vtque posteritati seponant thesaurum, & à morte relinquant, quam quæso vicem vniuersis his dignam rependere possumus: quo circà adnitamur pro virili, ea explere quæ ad eorum pertinēt honorem, famulatum, requiem, hæc, ille.] Quæ singula proportione quadam ad Ecclesiæ præpositos, ac Prælatos transferri possunt: propterеà meritò & propriè Patres nominandi sunt, quod omnia scilicet parentum officia pro infundenda & conseruanda spiritali vita erga nos expleant, per sacramenta, quæ illi erga carnales filios: licet pauci tamen eos nunc hoc nomine dignentur & compellant. Transfertur autem analogicè hoc patris nomen, ad eos etiam qui propter aliquam

ſanctitatis & doctrinæ laudem, vel ſimile prædicandi & ſacramenta adminiſtrandi officium apud populum commendabiles exiſtunt: quod ætate D. Hieronymi iam in vſu erat, licet parciore erat quam nũc ſit, ita enim ſcribit: h [neſcio qua licentia in monaſteriis, vel vocemus hoc nomine alios, vel vocari nos acquieſcimus.] Sed id parum intereſt antiqui Patri acerrimè in eos inuehuntur qui in Sacerdotes Dei ac præpoſitos contumelioſi & inobedientes extiterunt: vt Cyprianus: i [Cũ Paulo dictum fuiſſet, ſic inſilis in Sacerdotem Dei maledicendo, nihil contumelioſè loquutus eſt aduerſus Sacerdotẽ, quando & potuerit ſe conſtanter exerere aduerſus eos, qui Dominum crucifixiſſent, & qui iam Deum, & Chriſtum, & Templum, & Sacerdotium perdidiſſent: Sed quamuis in falſis & ſpoliatis Sacerdotibus, vmbram tamen ipſam inanem. Sacerdotalis nomi

h In ep. ad Gal. c. 4.

i l. 1. ep. 3. & l. 4. ep. 9.

nominis cogitans dixit, Nesciebam fratres quia Pontifex est, Scriptum est enim, *Principem populi tui non maledices*: & paulò post Christus, inquit, ad Apostolos dixit, ac per eos ad omnes Præpositos qui Apostolis vicaria ordinatione succedunt. Qui vos audit me audit, & qui audit me, audit eum qui misit me; inde enim schismata & hęreses ob-ortæ sunt, & oriũtur, dum Episcopus qui vnus est, & Ecclesiæ præest, superba quorundam præsumptione contemnitur, & qui Dei dignatione honoratur, indignus ab hominib. iudicatur. k] Gregorius quóque, Subditi diuino timore constricti, Prepositorum iugum reuerẽter ferre non recusent; nam vt Chrisostomus loquitur. l [Nescis quid est Sacerdos? quoniam angelus Dei est, nõ enim quæ sui ipsius sunt loquitur, si contempseris nõn eum contemnis, sed eum qui intronisat ad Deum. Si nihil agit Deus per eum, néque lauacrum

k *part.2. past.c.5.*

l *In c.2.ep. 2.ad Thi.*

crum

crum habes, neque myſteriis participas neq; benedictionibus frueris, non ergo Chriſtianus es.] Idē confirmat, ex collatione Sacerdotū veteris teſtamenti cū noſtris m, qui poteſtatem tantū habebant curandi corporis leprā, imo non curandi, ſed oſtendendi tantum eos eſſe mundatos, at noſtri, inquit, non corporis leprā, ſed immunditiam mentium tollunt, non ex parte probandi, ſed omnifariam mundandi obtinēt poteſtatem: propterea qui hos contemnunt, magis mihi rei videntur quam Datan & Abyron, digníque maiori ſupplicio: quoniam etſi illi indebitum honorem vſurpare voluerint, tamen magnam habebant myſterij ipſius æſtimationem, cuius ſe velle fieri participes vel temeritate docuerunt. Hi verò quoniam huic officio multum honoris acceſſit, & in gloriam promouit ampliſſimam, tantò ex aduerſo quàm Datan & Abiron, atque au-

m *l. 4. Dial. c. 6.*

ſu

ſu maiore delinquunt: neque enim æquale eſt peccatum, indebitum honorem velle peruadere, & quod tam magnum audere deſpicere, ſed tantò grauius eſt iſtud illo, quantum diſtat inter ambitum & deſpectum.] Honor igitur & ſublimitas Epiſcopalis, vt ſcribit Diuus Ambroſius [n] nullis poterit ſublimitatibus & comparationibus adæquari, ſi Regum fulgori compares, & Principum diademati, longè erit inferior quàm ſi plumbi metallum, ad auri fulgorem compares, quippe cum videas Regum colla, & Principum, ſubmitti genibus Sacerdotum, & exoſculatis eorum dextris, orationibus eorum credant ſe communiri.] Id verò adumbratum fuiſſe conſtat, In Melchiſedech cui decimas omniũ obtulit Abrahã, & viciſſim ab eo benedictionẽ accepit, maior enim à minori nõ benedicitur, qui Sacerdos altiſſimi factus eſt, vt potẽtiâ præcederet reges, & ſan

n l. de dign. Sacer. c. 2.

o Marul. l. 3. exemp. tit. de hono. Sacer.

ſanctitate Deo proximior fieret: Aaronis o etiam Sacerdotalia ornamenta eiuſmodi erant, vt in eis creaturarum omnium typus & imago allegoricè depræhenderetur; quod maximam habet cum Deo ſimilitudinem, in quo rerum omnium perfectiones cõtinentur; propterea à Conſtãtino Imperatore lex edita fertur, qua decernitur plus honoris deberi homini in Sacerdotali dignitate conſtituto, quam alij vel Domino vel Regi. Valentinianus Imperator cum adeunti ſe diuo Martino non aſſurrexiſſet, & à ſe aliquid expetẽti ſubiratus repulſam dediſſet, ſtatim flamma à ſolo ſurſum verſus emicante commotus, ac perterritus vltrò petita conceſſit: ac deinceps magno in honore habuit. Marcellinus quóque Anconæ vrbis Epiſcopus, æger pedibus, contra incendium quo vrbs deflagrabat delatus, cum ad eum vſque, mira res, flamma perueniſſet retrocedere

dere

dere cœpit, paulatimque euanescens sæuire desiit. De Attila Hunnorum Rege, refertur cum armis infestis Romam ingressus esset, occurrente sibi cum Clero; augustiore ac longe supra humanum habitu ac decore, Leone summo Pontifice, perterritum statim Italia excessisse. Quibus miraculis honorem Sacerdotibus debitum Deus comprobasse videtur, è regione verò infœlicem vitæ exitum illi habuerunt, qui in eos iniuriosi & contumeliosi fuerunt: sicut de Doego Idumeo á Saüle [p] Rege Sacerdotes Dei in Niobe interficiente constat, qui proprio mucrone confixus occubuit, ac de pueris Eliseo Prophetæ illudentibus qui ab vrsis repentè ex saltu irruentibus crudeliter discerpti sunt, refert Polydorus Virgilius: [q] Cum D. Thom. Cantuariensis Archiepiscopus prope Stradum Angliæ vicum obæquitaret, à malignis quibusdam, eiusdē loci accolis, equi

p 1. Reg. c. vlt. 4. Reg. c. 2.

q Anglica. hist. lib. 13.

equi eius caudam per ſpeciem contumeliæ & probri, præciſam fuiſſe: quod ita Deus vindicauit, vt omnes qui ex eo hominum genere qui id facinus feciſſent ortum duxerunt nati ſint inſtar brutorum animalium caudati, quæ tamen inquit infamia, iampridem vna cum gente illa eorum hominum qui peccarunt deleta eſt. Aequum eſt igitur
r Ad He. 8. & vtile audire D. Paulum r loquentem, *Obedite Præpoſitis veſtris, ipſi enim peru gilant, quaſi rationem reddituri pro vobis*, multóque diligentius quàm naturales medici, quos tamen Deus inſtituit & honorari propter neceſſitatem præcepit s.
s Eccl. 38.

Quo

Quo iure iis qui præsunt Ecclesiæ pro spiritalibus officiis temporalia subsidia sunt rependenda.

CAPVT II.

MERCES altera; sub duplici honore ab Apostolo cõprehensa, est mutua quędam vicissim bonorum temporalium, pro debita vitæ ac status sustentatione, retributio: cuius idem meminit,[a] *Si nos vobis spiritalia seminauimus, magnum est si carnalia vestra metamus, quis militat stipendiis suis vnquam? quis plantauit vineam & de fructu eius non edit? quis pascit gregem & de lacte gregis non manducat?* Dignum est enim, vt qui publicam nauant operam, publicis etiam impensis subleuentur & enutriantur. Eàpropter regibus, ac Principibus tributa & vecti-

a 1 ad Cor. 9.

galia debentur; ad idque subditi iure cogi possunt; quod pro eorum salute solliciti, & decertare parati sunt. Accedit, quod qui publicis officiis occupantur, ac detinentur, minus priuatis inseruire possint, & contra: cum propter vnum necessariò ab altero auocentur: vtrúmque autem id interest, ac proinde pretio æstimari potest. Cum itáque vt docet Aristoteles, [b] in republica oporteat esse qui Deorum curam gerant, vt pote quibus iratis, vel propitiis, ciuium salus stat aut concidit; certum est, non modo digniores tantum & sanctiores, ad hoc munus exequendum deligendos esse, sed etiam [c] cum sit res omninò speculatiua, & ab his inferioribus eleuata, de necessario vitæ huius vsu ac sustentatione illis prouidendum; vnde Sacerdotibus Egyptiis, qui ex officio, stellarum & planetarum contemplationi vacabant, quos vt Deos, gens illa colebat,

b l.6. Politic.

c D.Thom. lecti.1. Metaphi.

lebat, vt liberi omnino essent ab omnibus aliis occupationibus, ex ærario publico alimenta suppeditabantur, eorúmque possessio à tributo exempta fuisse legitur. [d] Præfert etiam mendicitas & egestas, coacta scilicet, non libera aut votiua omnibus alioquin naturaliter exosa; speciem quandam probri & contemptus, qui ab homine in honore ac dignitate constituto imprimis deuitandus est, ne cum priuato dedecore, publicum etiam coniungere videatur; quæ singula, cùm in republica Christiana etiã locum habeant, sapienter admodùm Ecclesia, partim naturali & diuino, partim ciuili & politico iure adducta, Præpositis suis ac ministris, de necessariis & conuenientibus redditibus prouideri voluit: [e] ac neminem ne sacris quidem ordinibus, nisi competenti dote præditum initiari: ne alioquin illis euagandi & mendicandi

[d] Gen. 47.

[e] Dinst. 93. can. Diaco. Trid. conc. sess. 21. c. 2.

occasio præberetur, quos diuino cultui iugiter exequendo, perpetuo decet esse addictos. Quamobrem Leuitis f in lege Moysis, qui non semper essent In Dei ministerio occupati, non planè interdicta erant alia opera, & honesta negotia, vt pascere greges, & de iis aliquid sibi acquirere, imo quidquid populo laicorum licebat, iis etiam licebat, excepto quod non acciperent partem possessionis in terra cum laicis. In nouo autẽ Testamento, non licet ministris Christi, implicare se negotiis quibus occupantur seculares, sicut scriptũ est g *nemo militans Deo, implicet se negotiis secularibus* & ideò vltra decimas prædiales, debuerunt etiam illis, vt nunc fit, personales adsignari, propter maiorem necessitatem & indigeniam. Posita est igitur redditũum Ecclesiasticorum ratio, in perceptione decimarum, fidelium oblationibus ac censibus, ex liberali fundorum ac prædio

f *Abulens. tom.6. sup. Mat. q.171.*

g *2. Ad Timot. 2.*

prædiorum donatione percipi solitis: ad idque hortatur Apostolus. [h] *Rogamus vos fratres, vt noueritis eos qui laborāt inter vos & præsunt vobis in Domino, & monent vos vt habeatis illos abundantius in charitate & propter opus illorum pacem habete cum illis*, quibus extremis verbis indicare videtur nullam Pastoribus molestiam & controuersiam vel fraudem, occasione huiusmodi fructuum & oblationū à laicis creari & intentari debere; cum id totum ad Dei honorem & cultum cui inseruiūt proximè referatur: quique non solum multiplicem ob id populo [i] benedictionem pollicetur, vt pote fructuum abundātiam, corporalem sanitatem, peccatorum indulgētiam, ac postremo beatitudinem cœlestem: Sed sępe etiam & grauiter conqueritur, [k] quod in horrea sua nihil inferatur, nec decimæ sibi fideliter persoluantur, penuriam, & cladem, comminatur nam vt loquitur D. Augustinus, l [hæc est

h 1. *Ad Thessal. c. 5.*

i *Dionys. Cartu. de stat. curat. art. 38.*

K *Mala* 3.

l 16. *qu.* 1. *can. decimæ.*

Dei iustissima consuetudo vt si tu illi decimam non dederis ad decimam reuoceris dabis impio militi quòd non vis dare Sacerdoti :] quamuis autem ius hoc decimas & oblationes percipiẽdi, primo & per se Parochialibus Ecclesiis cõpetere videatur, vsu tamen & cõsuetudine ad alias etiam & meritò extenditur, quidquid sit in primis prouidere debent Episcopi, ne Præfecti animarum, in sua diœcæsi, rei familiaris angustia pressi, ac ob id variis distracti negotiis minus expeditè ac fructuosè munus suum obire possint: quibus etiam si olim, in eum finem, firmi ac stabiles redditus assignati fuerint, nunc tamen vel iniuriâ temporis, vel hominum vulgi perfidiâ, quos Pastoribus suis vt plurimum parum æquos constat esse; per tot vt sic loquar conflatoria aguntur, & decurrunt vt magna inde pars depereat: Expedit autem vt accrescant potius quam minuantur, vt

tur, vt præter decentem ſtatus & vitæ ſuſtentationem, habeant etiam vnde tribuant neceſſitatem patienti, & hoſpitalitatem exerceant: tum etiam vt futuris, ac repentinis ſiue morbi, ſiue belli, & aliis quibus obnoxij ſunt, humanis caſibus occurrant & medeantur. Tantum abeſt, vt permittere debeant ſuperiores Prælati, eoſdem à perceptione fructuum & parochialium iurium impediri, prætextu quarumcúmque oppoſitionum & altercationum: ſed diligenter procurare, vt quoties ſuper his inter eos & parochianos lis intercedit, quam breui fieri poteſt terminetur ne ſic amicitiæ vinculum, quod inter vtróſque intercedere debet, diſſoluatur; neque enim naturaliter, & vt plurimum, erga illos rectè affecti eſſe ſolemus, cum quibus in iudicio contendimus. Accedit quod qui ex laicis

fauore, vel opibus, & potentia præualent, facilè in longum tempus hoc negotium protrahunt: Sæpe etiam ex industria, veris ne, an falsis, delatis & interiectis accusationibus, & criminationibus; quibus longioris moris tædio, ac magnis expensis fatigati, & exterriti, vel iure suo cedere, vel ad iniquas pacis conditiones descendere cogantur: quo nihil periculosius in Ecclesia, nihil iniquius accidere potest; quid enim aliud est, quã os, boui trituranti alligare, & efficere, vt pij ac docti, qui aliàs lubentissimè Pastorale officium, cum maximo Dei honore, & animarum fructu amplecterentur, vltrò fastidiant & aspernentur: malíntque priuati agere, quam cum tanto incõmodo præesse: quod ne dum Ecclesiæ, sed etiam ipsius Reipublicæ plurimũ interest; quis enim nõ videat, ex eo quod subditi malè sunt in religione, ac moribus educati hinc vitia, animorum
dissen

dissentiones, inimicitias, & rebellionis materiam contra Principem excitari; quæ difficillimè postea, & nisi cum magna iactura restringi possit. Hoc autem ne fiat, maximè propriũ est Curionum procurare, ac præuidere, qui diu noctúque pérque æstum & gelu, multo diligentius præ aliis ordinibus Ecclesiæ, super commissum sibi ab Episcopo gregem invigilare ac insudare tenentur; ac proinde amplioribus Ecclesiasticis muneribus, & priuilegiis gaudere, tutíque ac immunes à quacúmq; iniuria debent esse: nam si communis reipublicæ thesaurus diuidendus est, maior ex Iustitia iis portio euenire debet, qui plus in ea laboris impendunt, ac magis necessarij sunt. Scriptum quidem est. [m] *In multitudine populi dignitas Regis, & in paucitate plebis ignominia Principis*, perbellè tamen & conuenienter dicere possumus, gloriam Episcopi esse, nõ tàm vt multos, quam

m Prou. 14.

quam vt dignos & meritis ac virtutibus conſpicuos, ſub ſe miniſtros habeat, & in quibus nihil ad Paſtoralem dignitatem tuendam deſiderari poſſit; ob idque opere pretium foret, duas in vnam aut plures ſi tenues & vicinæ Parochias coniungere, aut aliunde adſitis redditibus augere & quoties nouæ ſunt erigendæ, competenter & abundè dotare: in hoc enim, vt in pleríſque aliis, non tam priuatæ aliquorum, quam publicæ vtilitatis, & honeſtatis, aliarúmque circunſtantiarum habenda eſt ratio. Quorſum hæc omnia? an vt clericorum delictis impunitas detur, aut Eccleſiaſtici iuris ordo violetur, minimè: ſed vt tam improborum fraudibus, occurratur quam vt clericorum quieti & ſolario prouidè conſulatur.

In

In Ecclesia semper fuisse temporalium bonorum possessionem, & vsum, tam mobilium quam immobilium.

CAPVT III.

QVAM æquum & conueniens fuerit in Ecclesia esse, & conseruari redditus, ac census, sicut in magna familia seu regno potius, ad fouendos alendósque eius ministros, ex dictis constare potest: non defuerunt tamen qui perperam intellectis, & adductis ex scriptura sacra testimoniis, ac minus cõuenientibus subnixi rationibus, aut quod verius dicam, odio & cupiditate in Ecclesiam deflagrantes, eam omni iurisdictione ac bonorum temporalium possessione spoliare voluerunt, vt sic vacuam, & humano præsidio destitutam, facilius

inua-

inuaderent: inter quos Iulianus Imperator, qui hoc prætextu Christianorum fortunas passim agebat ac diripiebat, & quidam vocati Apostolici: [a] Pelagius quoque authore diuo Augustino:[b] nouissimè verò Vviclessus Anglus; cuius inter articulos à Synodo constantiensi [c] damnatos; decimus erat, contra sacram scripturam est, quod viri Ecclesiastici habeant possessiones: decimus sextus; domini temporales, possunt ad arbitrium suum auferre bona temporalia, ab Ecclesiasticis possessoribus habitualiter delinquentibus, 32. Ditare clerum, est contra regulam Christi. 35. Syluester Papa & Constantinus Imperator errauerunt Ecclesiam dotando, 36. Papa cum omnibus Clericis suis possessiones habentibus sunt hæretici, eo quod habeāt possessionem, & omnes consentientes illis, Domini seculares, & cæteri laici. Sed quod amplius, verè ne, an falsò, confictam fabulam

a 24. q. 3. *cano. quidam.*
b *Ep. ad Paulum Neoterum.*
c *Sess.* 8. *&* 15.

ſabulam addunt alij, quo tempore Conſtantinus magnus tam amplè & magnificè Eccleſiam dotauit, auditam è cœlo hanc vocem fuiſſe, hodie venenum in Eccleſiam effuſum eſt. Aduerſus tam pernicioſum errorem, priuſquam hinc abeamus, quoniam res eſt cum ſuperiori proximè coniuncta, paucis explicandum eſt, quãdo, & quo modo, & in quem finem, tam mobilia, quam immobilia bona viris Eccleſiaſticis poſſidere licitum fuit, & nunc etiam ſit. Imprimis verò obſeruatione dignum eſt, ſicut non omnium corporum par eſt conditio, ita nec victus ratio; ſiquidem molliore puer ac ſenex, ob infirmiorem ſtomachum, iuuenis verò, & in robore ætatis conſtitutus, ſolidiore cibo veſcitur: Eccleſia, quæ propinquior Chriſto & Apoſtolis fuit, & charitatis feruore adhuc incaleſcebat vt ſunt omnium rerum primordia flagrantiora, non modo opum ac diuitia

uitiarum parciorem, ſed etiam communem vſum habuit: *erant enim* [d] *illis omnia communia, nec quidquam aliquis ſuum eſſe proprium ducebat,* quam vitæ formam, primo imitati ſunt, qui apud Philonem [e] dicuntur ſupplices, & per ſummam auſteritatem ieiunia agentes, in Egypto verſabantur, de quibus plurima refert Euſebius; [f] adeo vt ex iis vt primis ſeminibus monachorum noſtrorum ſegetem natam fuiſſe credibile ſit: apud quos in communi quidem Dominium ac poſſeſſio bonorum temporalium reperitur licèt penes ſingulos non item: nam vt rectè Proſper Aquitanicus [expedit facultates Eccleſiæ poſſidere, & amore perfectionis proprias contemnere, & ideo, quiſquis omnibus quæ habuit dimiſſis, aut venditis fit rei ſuæ contemptor, cùm Præpoſitus factus fuerit Eccleſiæ, omnium quæ habet Eccleſia eſt diſpenſa

d *Actor. 4.*
l. De vita theoret.
e *l. 2. Eccl. hist. c. 17.*
f *l. 2. de vit. contempl.*

ſpenſator.] Quamuis autem hoc viuendi inſtitutum, non modo inter religioſos & Cœnobitas ſed cæteros etiam fideles, ad tempora vſque Vrbani Papæ, vt multi ſuſpicantur, vt pote annum ſalutis 226. peruenerit, vt ipſe declarat. [g] [Scimus vos fratres non ignorare, quod hactenus vita communis inter Chriſtianos viguit, & adhuc gratia Dei vigeat, & maximè inter eos qui in ſortem Domini ſunt electi.] Creſcente tamen fidelium multitudine & aliis de cauſis neceſſario mutari debuit, & propriam cuíque ex bonis Eccleſiæ portionem aſſignari decuit: nam quæ communia ſunt, facilè negligũtur ac depereunt, iurgiis & contentionibus obnoxia ſunt: ob ídque iure gentium & ciuili, introducta eſt rerum diuiſio & earumdem præſcriptio. Hæc erat igitur Eccleſiæ conſuetudo, vt ſi fundi agríque offerrentur Eccleſiæ, protentus viritim in capita clericis diſtri

g 16. qu. 1 cano. ſcimus.

diſtribuerentur : nec quiſquam ex oblatis aliquid ſibi velut proprium vindicaret, quod ſatis indicat D. Cy-
i l. 3. Epiſt. 24. prianus.[i] ea tempeſtate celebris, dum clericis ad quos ſcribit, præcipit, vt de ſua quantitate propinqua quam apud Rogatianum Presbyterum depoſuerat, inopiæ peregrinorum ſuccurrant: quæ ſi non ſufficiat de alia præterea portione idem largius agãt: quantitatem eam ſcilicet intelligens, quæ ſibi portione communi velut propria facta erat. Poſtea verò conſtitutum fuit, vt penes Epiſcopum velut communem parentem, publicus hic theſaurus eſſet vt colligi po-
K 12. qu. 1. cano. præcipi. teſt ex canone [Præcipimus.[K] Vt in poteſtate ſua res Eccleſiæ Epiſcopus habeat, Si enim animæ hominũm pretioſiores illi traditæ ſunt, multò magis oportet curá de pecuniis agere. Ita vt in poteſtate eius, indigentibus omnia diſpenſentur, per Presbyteros & Diaconos :] qui fit, vt nunc

etiam,

etiam, pias fidelium voluntates & legata tueri, ac ne pereant prouidere debeat,& ad id ius ac potestatem habeat; ita D.Sixtus Papa teste Ambrosio, l, thesaurum habuit Ecclesiæ,cuius dispositionem proximè moriturus D.Laurentio commendauit,sicut in lege Mosayca,[m] Onias Pontifex, ærarium templi ad vsum viduarum & pupillorum in custodia habuit: & quod amplius est, cum Deus imperasset aurum, & argentum, æs & similia ad constitutionem tabernaculi necessaria conferri, eorum omnium soli Moysi [n] ex genere leui progenito dispensationem commisit. D.Augu. apertè huius procurationis meminit: [[o] Deus inquit,mihi testis est istã omnem rerum Ecclesiasticarum procurationem, quarum credimur amare dominatum, propter seruitutem quam debeo charitati fratrum,& timore Dei tolerare me, non amare, ita vt si eo saluo officio possem care-

l 2.l. de off.

m Maca. c. 3.

n Exod. 35.

o Ep. ad. Albinam.

re desiderem.] Sed vt ad rem propius accedamus, præter mobilia, etiam immobilia fuisse in potestate Ecclesiæ, in omni statu ac lege diligenter inquirenti liquidò constabit, Siquidem ante legem scriptam, primogeniti erât Sacerdotes, & præ aliis Dominium habebant, & hæreditates, vnde Genesis 22. dixit Isaac ad Iacob, *esto Dominus fratrum tuorum*, hæc enim erat benedictio primogeniti: & 9. *Ruben fortitudo mea, primus in donis, maior in Imperio*, quod glossa, exponere solet, de Sacerdotio maiori, hæreditate & Imperio super fratres, quæ omnia habuisset, si in cubile patris sui non ascēdisset. Abraham Sacerdos fuit, vt probat D. Chrysostomus [p] diues tamen & locuples valdè: Melchisedech summus Sacerdos erat, idem tamen Rex Salem in lege scripta legimus; [q] *ædes Leuitarum quæ in vrbibus sunt, semper possunt redimi, si redemptæ non fuerint cum iubileo reuerten*

p *In prim. cap. Mat.*

q *Leui.* 14.

uertentur ad proprios Dominos, quia domus vrbium leuitarum sunt, pro possessionibus inter filios Israel, suburbana autem eorum non venerunt, quia possessio sempiterna est, & rursum, [r] *locutus est Dominus ad Moysem, Præcipe filiis Israel vt dent leuitis, de possessionibus suis, vrbes ad habitandum, & suburbana eorum per circuitum.* Alibi quoque scriptum est, [s] *dederunt leuitis filij Israel de possessionibus suis, iuxta Imperium Domini. Ciuitates & suburbana eorum*, habetúrque quomodo quælibet Tribus dedit certas ciuitates, alia decem, alia nouem, præterea Salomon ait ad Abiathar Sacerdotem *vade in Anathoti ad agrum tuum*, [t] Hieremias Propheta [u] emit agrum, soluit pretium stipulationis & fecit fieri instrumentum, postremò in lege euangelica quamuis Christus & Apostoli prædia & possessiones non habuerint, sed loculos tantum quos secum ferebant

r *Num.* 23.
s *Iosu.* 21. c.
t 3. *Reg.* 2.
u *Hier.* 32.

in quibus oblata seruabátur suorum necessitatibus & aliis indigentibus necessaria: Lazarus tamen, Martha & Maria, Discipuli eius, magnas habebant facultates: Nicodemus quoque Princeps Iudęorum, & Ioseph Abarimathia, de quibus Rabanus: [x] [magnæ inquit, dignitatis sunt apud seculũ, sed maioris meriti apud Deum, quia non erant diuites diuitiarum amore, sed tantum possessione.] Post Christi verò ascensionem habebat quidem Ecclesia facultates, & magnam pecuniã, sed non hæreditates, quia de Iudęa, vt loquitur Melchiades [y] Papa, transitura erat ad gentes, verò post, statim & Martyrũ tempore cœpit Ecclesia habere prædia & possessiones immobiles, præter decimas & oblationes, vt enim habetur in lib. conciliorum Beati Isidori hispalensis [z] videntes summi Sacerdotes & reliqui fideles, plus vtilitatis posse afferri, si hęreditates & agros quos pos-sidebant

x In 4. c. Matth.

y 12. qu. 1. can futurum.

z 12. q. 1. can. videntes. l. 1. consili.

ſidebant Eccleſiis, quibus præſidebant Epiſcopi, traderent: eo quod ex ſumptibus eorum tam pręſentibus, quàm futuris plura & elegantiora poſſent miniſtrare fidelibus cõmunem vitam ducentibus, quam ex pretiò: cœperunt prædia, & agros quos habere ſolebãt, matricibus Eccleſiis tradere, & ex ſumptibus eorum viuere.] Pius[a] quoque Papa & Martyr æqualis fere ſancto Policarpo Ioannis Apoſtoli & Euangeliſtæ diſcipulò, [quidam inquit, prædia diuinis vſibus tradita humanis vſibus applicãt,& Deo, cui tradita ſunt ſubſtrahunt vt ſibi inſeruiant:] non errauit igitur Syluester Papa : neque Conſtantinus magnus, quando maiorum veſtigiis inſiſtens prædiis ac munerib. Eccleſiá auxit. Eo ſpectare videntur aliquot ſcripturæ loca, vt Pſalmo 77. *& ſpeciei domus diuidere ſpolia*, quia ad decorem domus Dei, quæ eſt Eccleſia, pertinet, diuidere

a 12. qu. 1. can. Pius.

ſpolia, id eſt Dominia & dona à Principibus data inter Eccleſias & Eccleſiaſticas perſonas: & Iſayæ 60 cap. *ſuges lac gentium, & mammilla Regum lactaberis*: quod tempore Conſtantini magni impletum fuiſſe videmus, qui pacem Eccleſiæ reddidit, per totum Romanum Imperium, ita vt Roma, quæ caput erat mundi, facta ſit ſedes Summi Pontificis, ſede Imperiali tranſlata Conſtantinopolin, ac ita clauſas prius Eccleſias præcepit aperiri & nouas edificari, vt impleretur dictum Prophetæ *aperientur portæ tuæ iugiter.* [b] Diuus quóque Auguſtinus explicans illud Pſalmi 103. cedri libani quos plantauit illic paſceres nidificabunt; [Cedri libani inquit, ſunt nobiles diuites, & excelſi huius ſeculi, attendunt res ſuas, villas, & omnes ſuperfluas copias, quibus videntur excelſi & præbent illas ſeruis Dei, dant agros, dant hortos, ædificant monaſteria, colli

b Iſa. 60.

colligunt passeres, vt in cedris libani, id est, Ecclesiis, donis eorum fundatis & dotatis passeres id est, viri Ecclesiastici indificent, id est, seruiant Deo: præterea vna inquit, columba c est Ecclesia, quid clamas? non deuoramus villas, columba illas habet, nostis fratres; quia villæ illæ non sunt Augustini, Sed si putatis me gaudere in possessione villarum Deus nouit,] quid quid sit omnes antiqui canones d hac de re referti sunt, vt non sit opus diutius hic immorari, consequens tamen est vt ostendamu s.

c Hom. 6. in Ioan.

d Can. Apostlo. 38. & 39. vide consit. Senon.

Facili negotio dissolui posse, quæ ab impugnantibus res Ecclesiasticas afferri solent.

CAPVT IV.

POTISSIMA arguměta ex scripturis sacris hæc esse possunt, numerorũ 18. *Omnes primitias sanctuarij quas offerunt filij Israel Domino, dedi tibi, & filiis & filiabus tuis iure perpetuo.* Et Paulò post, *in terra eorum, nihil possidebitis, nec habebitis partem inter illos, ego pars & hæreditas tua in medio filiorum Israel:* mox de leuitis loquens, *filiis autem leui dedi omnes decimas pro ministerio, qui seruiunt mihi in tabernaculo fœderis,* & infrà, *nihil aliud possidebunt decimarum oblatione contenti:* Ezechielis 44. *Non erit autem eis id est, Sacerdotibus hæreditas, Ego hæreditas eorum & possessionem non*

non dabitis eis in Iſrael, Ego enim poſſeſſio eorum: A ſimili igitur, neque Sacerdotibus Euangelicæ legis idem permittitur. Adducnt etiam, verba, Chriſti ad Apoſtolos.[a] *Reges gentium dominantur eorum, & qui poteſtatem habent inter illos benefici vocantur: vos autem non ſic,* quibus inſinuari videtur, omne Dominium ab Eccleſia auferendum eſſe. Denique, Chriſtus diſcipulos à poſſeſſione bonorum temporalium, ſi perfecti eſſe velint, ſæpiſſime dehortatur,[b] dum ea vendere, dare pauperibus, & renunciare conſulit: nec peram, ſacculum, aut duas tunicas habere vult. Hæc autem, & ſimilia facilè dilui poſſunt: imprimis enim cum Deus terram promiſſionis, per tribus diuiſiſſet, ac vnicuique partem determinatam dediſſet; tribum tamen leui excepit, non quod nullam omnino, ſicut cæteræ, partem eſſet habitura, quæ diuino miniſterio erat addicta, hoc enim val

a Luc. 22.

b Luca 10.

uitiarum parciorem, ſed etiam communem vſum habuit : *erant enim* [d] *illis omnia communia, nec quidquam aliquis ſuum eſſe proprium ducebat*, quam vitæ formam, primo imitati ſunt, qui apud Philonem [e] dicuntur ſupplices, & per ſummam auſteritatem ieiunia agentes, in Egypto verſabantur, de quibus plurima refert Euſebius; [f] adeo vt ex iis vt primis ſeminibus monachorum noſtrorum ſegetem natam fuiſſe credibile ſit : apud quos in communi quidem Dominium ac poſſeſſio bonorum temporalium reperitur licèt penes ſingulos non item : nam vt rectè Proſper Aquitanicus [expedit facultates Eccleſiæ poſſidere, & amore perfectionis proprias contemnere, & ideo, quiſquis omnibus quæ habuit dimiſſis, aut venditis fit rei ſuæ contemptor, cùm Præpoſitus factus fuerit Eccleſiæ, omnium quæ habet Eccleſia eſt diſpenſa

d *Actor*. 4.
l. De vita theoret.
e *l.* 2. *Eccl. hiſt. c.* 17.
f *l.* 1. *de vit. contempl.*

ſpenſator.] Quamuis autem hoc viuendi inſtitutum, non modo inter religioſos & Cœnobitas ſed cæteros etiam fideles, ad tempora vſque Vrbani Papæ, vt multi ſuſpicantur, vt pote annum ſalutis 226. peruenerit, vt ipſe declarat. [g] [Scimus vos fratres non ignorare, quod hactenus vita communis inter Chriſtianos viguit, & adhuc gratia Dei vigeat,& maximè inter eos qui in ſortem Domini ſunt electi.] Creſcente tamen fidelium multitudine & aliis de cauſis neceſſario mutari debuit, & propriam cuíque ex bonis Eccleſiæ portionem aſſignari decuit : nam quæ communia ſunt, facilè negligũtur ac depereunt, iurgiis & contentionibus obnoxia ſunt:ob ídque iure gentium & ciuili, introducta eſt rerum diuiſio & earumdem præſcriptio. Hæc erat igitur Eccleſiæ conſuetudo, vt ſi fundi agríque offerrentur Eccleſiæ, protinus viritim in capita clericis diſtri

g 16. qu. 1 cano. ſcimus.

distribuerentur: nec quisquam ex oblatis aliquid sibi velut proprium vindicaret, quod satis indicat D. Cyprianus i ea tempestate celebris, dum clericis ad quos scribit, præcipit, vt de sua quantitate propinqua quam apud Rogatianum Presbyterum deposuerat, inopiæ peregrinorum succurrant: quæ si non sufficiat de alia præterea portione idem largius agãt: quantitatem eam scilicet intelligens, quæ sibi portione communi velut propria facta erat. Postea verò constitutum fuit, vt penes Episcopum velut communem parentem, publicus hic thesaurus esset vt colligi potest ex canone [Præcipimus. K Vt in potestate sua res Ecclesiæ Episcopus habeat, Si enim animæ hominum pretiosiores illi traditæ sunt, multò magis oportet curã de pecuniis agere. Ita vt in potestate eius, indigentibus omnia dispensentur, per Presbyteros & Diaconos:] qui fit, vt nunc etiam,

i l. 3. Epist. 24.

K 12. qu. 1. cano. præcipi.

etiam, pias fidelium voluntates & legata tueri, ac ne pereant prouidere debeat, & ad id ius ac potestatem habeat; ita D.Sixtus Papa teste Ambrosio, l, thesaurum habuit Ecclesiæ, cuius dispositionem proximè moriturus D.Laurentio commendauit, sicut in lege Mosayca, m Onias Pontifex, ærarium templi ad vsum viduarum & pupillorum in custodia habuit: & quod amplius est, cum Deus imperasset aurum, & argentum, æs & similia ad constitutionem tabernaculi necessaria conferri, eorum omnium soli Moysi n ex genere leui progenito dispensationem commisit. D.Augu. apertè huius procurationis meminit: [o Deus inquit, mihi testis est istá omnem rerum Ecclesiasticarum procurationem, quarum credimur amare dominatum, propter seruitutem quam debeo charitati fratrum, & timore Dei tolerare me, non amare, ita vt si eo saluo officio possem care-

l 2.l. de off.

m Maca. c. 3.

n Exod. 35.

o Ep. ad. Albinam.

re desiderem.] Sed vt ad rem propius accedamus, præter mobilia, etiam immobilia fuisse in potestate Ecclesiæ, in omni statu ac lege diligenter inquirenti liquidò constabit, Siquidem ante legem scriptam, primogeniti erat Sacerdotes, & præ aliis Dominium habebant, & hæreditates, vnde Genesis 22. dixit Isaac ad Iacob, *esto Dominus fratrum tuorum*, hæc enim erat benedictio primogeniti: & 9. *Ruben fortitudo mea, primus in donis, maior in Imperio*, quod glossa, exponere solet, de Sacerdotio maiori, hæreditate & Imperio super fratres, quæ omnia habuisset, si in cubile patris sui non ascēdisset. Abraham Sacerdos fuit, vt probat D. Chrysostomus [p] diues tamen & locuples valdè: Melchisedech summus Sacerdos erat, idem tamen Rex Salem in lege scripta legimus; [q] *ædes Leuitarum quæ in vrbibus sunt, semper possunt redimi, si redemptæ non fuerint cum iubileo reuerten*

p *In prim. cap. Mat.*

q *Leui. 14.*

uertentur ad proprios Dominos, quia domus vrbium leuitarum sunt, pro possessionibus inter filios Israel, suburbana autem eorum non venerunt, quia possessio sempiterna est, & rursum [r] *locutus est Dominus ad Moysem, Præcipe filiis Israel vt dent leuitis, de possessionibus suis, vrbes ad habitandum, & suburbana eorum per circuitum.* Alibi quoque scriptum est, [s] *dederunt leuitis filij Israel de possessionibus suis, iuxta Imperium Domini. Ciuitates & suburbana eorum*, habetúrque quomodo quælibet Tribus dedit certas ciuitates, alia decem, alia nouem, præterea Salomon ait ad Abiathar Sacerdotem *vade in Anathoti ad agrum tuum*, [t] Hieremias Propheta [u] emit agrum, soluit pretium stipulationis & fecit fieri instrumentum, postremò in lege euangelica quamuis Christus & Apostoli prædia & possessiones non habuerint, sed loculos tantum quos secum ferebant

r *Num.* 23.
s *Iosu.* 21. c.
t 3. *Reg.* 2.
u *Hier.* 32.

in quibus oblata seruabátur suorum necessitatibus & aliis indigentibus necessaria: Lazarus tamen, Martha & Maria, Discipuli eius, magnas habebant facultates: Nicodemus quoque Princeps Iudęorum, & Ioseph Abarimathia, de quibus Rabanus: [x] [magnæ inquit, dignitatis sunt apud seculũ, sed maioris meriti apud Deum, quia non erant diuites diuitiarum amore, sed tantum possessione.] Post Christi verò ascensionem habebat quidem Ecclesia facultates, & magnam pecuniã, sed non hæreditates, quia de Iudęa, vt loquitur Melchiades [y] Papa, transitura erat ad gentes, verò post, statim & Martyrũ tempore cœpit Ecclesia habere prædia & possessiones immobiles, præter decimas & oblationes, vt enim habetur in lib. conciliorum Beati Isidori hispalensis [z] videntes summi Sacerdotes & reliqui fideles, plus vtilitatis posse afferri, si hęreditates & agros quos possidebant

x In 4. c. Matth.

y 12. qu. 1. can futurum.

z 12. q. 1. can. videntes. l. 1. consili.

ſidebant Eccleſiis, quibus præſidebant Epiſcopi, traderent: eo quod ex ſumptibus eorum tam pręſentibus, quàm futuris plura & eleganțiora poſſent miniſtrare fidelibus cõmunem vitam ducentibus, quam ex pretio: cœperunt prædia, & agros quos habere ſolebãt, matricibus Eccleſiis tradere, & ex ſumptibus eorum viuere.] Pius [a] quoque Papa & Martyr æqualis fere ſancto Policarpo Ioannis Apoſtoli & Euangeliſtæ diſcipulo, [quidam inquit, prædia diuinis vſibus tradita humanis vſibus applicãt, & Deo, cui tradita ſunt ſubſtrahunt vt ſibi inſeruiant:] non errauit igitur Sylueſter Papa: neque Conſtantinus magnus, quando maiorum veſtigiis inſiſtens prædiis ac munerib. Eccleſiá auxit. Eo ſpectare videntur aliquot ſcripturæ loca, vt Pſalmo 77. *& ſpeciei domus diuidere ſpolia*, quia ad decorem domus Dei, quæ eſt Eccleſia, pertinet, diuidere

[a] *12. qu. 1. can. Pius.*

ſpolia, id eſt Dominia & dona à Principibus data inter Eccleſias & Eccleſiaſticas perſonas: & Iſayæ 60 cap. *ſuges lac gentium, & mammilla Regum lactaberis*: quod tempore Conſtantini magni impletum fuiſſe videmus, qui pacem Eccleſiæ reddidit, per totum Romanum Imperium, ita vt Roma, quæ caput erat mundi, facta ſit ſedes Summi Pontificis, ſede Imperiali tranſlata Conſtantinopolin, ac ita clauſas prius Eccleſias præcepit aperiri & nouas edificari, vt impleretur dictum Prophetæ *aperientur portæ tuæ iugiter.* [b] Diuus quoque Auguſtinus explicans illud Pſalmi 103. cedri libani quos plantauit illic paſceres nidificabunt; [Cedri libani inquit, ſunt nobiles diuites, & excelſi huius ſeculi, attendunt res ſuas, villas, & omnes ſuperfluas copias, quibus videntur excelſi & præbent illas ſeruis Dei, dant agros, dant hortos, ædificant monaſteria, colli

[b] *Iſa.60.*

colligunt passeres, vt in cedris libani, id est, Ecclesiis, donis eorum fundatis & dotatis passeres id est, viri Ecclesiastici indificent, id est, seruiant Deo: præterea vna inquit, columba c est Ecclesia, quid clamas? non deuoramus villas, columba illas habet, nostis fratres; quia villæ illæ non sunt Augustini, Sed si putatis me gaudere in possessione villarum Deus nouit,] quid quid sit omnes antiqui canones d hac de re referti sunt, vt non sit opus diutius hic immorari, consequens tamen est vt ostendamus.

c Hom. 6. in Ioan.

d Can. Aposto. 38. & 39. vide consit. Senon.

non dabitis eis in Israel, Ego enim possessio eorum: A simili igitur, neque Sacerdotibus Euangelicæ legis idem permittitur. Addunt etiam, verba Christi ad Apostolos. [a] *Reges gentium dominantur eorum, & qui potestatem habent inter illos benefici vocantur: vos autem non sic,* quibus insinuari videtur, omne Dominium ab Ecclesia auferendum esse. Denique, Christus discipulos à possessione bonorum temporalium, si perfecti esse velint, sæpissime dehortatur, [b] dum ea vendere, dare pauperibus, & renunciare consulit: nec peram, sacculum, aut duas tunicas habere vult. Hæc autem, & similia facilè dilui possunt: imprimis enim cum Deus terram promissionis, per tribus diuisisset, ac vnicuique partem determinatam dedisset, tribum tamen leui excepit, non quod nullam omnino, sicut cæteræ, partem esset habitura, quæ diuino ministerio erat addicta, hoc enim val-

a Luc. 22.

b Luca 10.

Sacerdotibus miniſtris ſanctuarij cedere iubet, & Leuitis præcepit dari poſſeſſionem, ciuitatum quinque milia latitudinis; & longitudinis viginti quinque milia, iuxta ſeparationem ſanctuarij: alioquin ſi non licuiſſet; Ioſeph Leuites, agrum non emiſſet, cuius tamen pretium. c Ad pedes Apoſtolorum detulit; quamuis autem demus ita fuiſſe, quod volunt illi; quis tamen inde colliget, id fieri in nouo teſtamento debuiſſe, niſi velit per omnia vnum cum altero adæquare, & legem Moſaycam reuocare? Reliquæ verò, & ſimiles quæ afferri poſſunt, ſcripturæ authoritates per modum conſilij potius, quam præcepti traduntur, & in illis non tam vſus bonorum temporalium, ac poſſeſſio quàm cupiditas & inordinatus affectus prohibetur: cuiuſmodi ſunt plurimæ aliæ d vt, *nolite timere eos qui occidunt corpus,* cum

c *Act. 4.*

d *Matt. 10. Luc. 12.*

cum tamen naturalis ſit metus mortis, & cuius expers non fuit Chriſtus: *nolite ſoliciti eſſe quid mãducetis, & quid bibatis*: nemo tamen dicet, omnem ob id curam & prouidentiam rei familiaris abiiciendam eſſe, ita enim hunc locum, explicat. D. Auguſti-
e *Serm. 1. de verb. Dom.* nus. e [Vehementer cauendum eſt, ne fortè cùm viderimus aliquem ſeruum Dei, prouidere ne iſta neceſſaria deſint, vel ſibi vel aliis, quorum cura ſibi commiſſa eſt, iudicemus contra præceptum Domini facere, & de craſtino ſollicitum eſſe: Nam & Dominus cui angeli miniſtrarunt, propter exemplum & ne poſtea ſcandalum pateretur, cum aliquem ſeruum Dei animaduertiſſet iſta neceſſaria procurare, loculos habere dignatus eſt quibus portabatur pecunia, vnde vſibus neceſſariis quidquid opus fuiſſet, prouideretur,] addi poteſt, & re-
f *D. Th. in ea verba Matth.* ctè Chriſtum miſiſſe Apoſtolos ſine huiuſmodi adminiculis, ac ſubſidiis non,

non quod hæc necessaria non sint necessitati huius vitæ, sed quia eos sic mittebat, vt illis hæc deberi demonstraret: nam vt ostendimus iure naturali debentur. Si quis tamen iure suo vti nolit, non proinde peccat alius qui vtitur: propterea [qui non possunt facere, inquit Augustinus,[g] quod fecit D. Paulus, vt manibus suis transigant, accipiant de lacte ouium, sustentent suam necessitatem.] Hinc sequitur malè colligi Ecclesiam priuandam esse omni sua iurisdictione, ac Dominio in res temporales; siquidem facta bonorum diuisione, alienationes quæ sponte fiunt, & propria voluntate, vim habent ex ipsa lege naturæ quæ immutari non potest: alioquin & ipsa Dominia quæ Principibus in subditos competunt, quorum pleraque ex liberali donatione ortum habent, tolli possent ab Ecclesia, propter quemlibet defectum ac delictum: quod tamen non facit, nec

g *l. de Pasto.*

facere

facere debet, gratia enim & lex Christi, non destruit, sed perficit naturã: imo præcipit *reddere quæ sunt Cæsaris, Cæsari, & quæ sunt Dei, Deo.*[h] Cùm itaque legitima omnis promissio, ne dicam contractus ciuilis, obliget. Sub peccato mortali, maximè quando vergit in damnum tertij, nec nisi ex essentiali defectu, aut fraude interueniente dirimi possit, quanto magis promissio ac donatio Ecclesiæ facta firma ac rata permanebit? Quemadmodum igitur Principes seculares Dominio suo ac iurisdictione priuari non debent, quamuis eam per minus conuenientes ministros exerceant, ita nec Ecclesia bonis suis, si forte qui ea possident non in eum quem decet finem vtantur: ne quis dicat, vt hæc omnia à liberalitate & clementia Regum ac Principum præcesserunt, quando illis clærici abutuntur, redire posse ad ærarium eorum, pro tuitione Regni

h *Matt. 22.*

Regni ac ſubditorum: ſiquidem propter malitiam perſonalem miniſtrorum, Eccleſia priuari non debet iure ſuo, nec decens eſt aut tutum theſaurum Regis ex ſacrilegio, augeri, vt multis poſtea oſtendetur. Quamobrem vt rectè obſeruauit Ioannes Gerſon qui tempore fuit Conſtantienſis Concilij,[1] dicendum eſt cum aliis etiam doctoribus Eccleſiaſticos viros capaces eſſe bonorum temporalium, & multa eis ex debito & non ex pura eleemoſyna competere, nec debere eos coërceri, vel ſpoliari per ſecularem poteſtatem, niſi vocati fuerint in iuris ſui ſubſidium poſſunt etiam aliter cum diuitiis, quam Apoſtoli viuere, conuerſari, vel incedere, pro tempore locorum, & aliarum circunſtantiarum varia qualitate, ſicut ſapiens iudicabit: hæc enim ætas aliam ſibi vitam, alios ſibi mores poſtulat. Ridiculum verò eſt, quod infertur, ab aduerſariis (quidquid

1 *De regul. legum conſid. 12.*

(quidquid ſit, de hac voce,) diuitias venenum eſſe, ſunt enim res indiferentes, & quarum vſus bonus eſt bonis, malis verò malus: his enim inſtrumentum eſt cupiditatis, rapinæ, vſuræ, furti, luxuriæ, homicidij, & infinitorum malorũ & vſque ad ſeruitutem idolorum: illis autem è contra virtutis, eleemoſinarum, miſericordiæ, pietatis; & augmenti diuini cultus: nihil autem tam ſanctum, ne dicam profanum eſſe poteſt, quo non poſſimus abuti, ſcriptura ſacra, ſacramentis, Deo ipſo, cum illum in noſtræ falſitatis teſtimonium impiè adducimus neque tamen hæc ob id tollenda ſunt. Habent igitur opes in Eccleſia multiplicem vſum, ſi rectè expendãtur: primò vt per eas, ſi opus ſit tyrannorum vis, ac ferocitas coerceatur, & quaſi clauo clauus retundatur: quo remedio vſus eſt Gregorius ſeptimus, contra Henricum tertium Imperatorem Pontificiam ditionem

tionem hostiliter diuexārem, ac plures alij in re simili. Nam si parum tuta est Majestas sine armis,& imbecilla lex est, quæ tantum agenda præcipit, nec ad ea cogere potest, quis nisi immeritò hac potestate Ecclesiā priuabit? Propterea Salomoni ad regendum populum sapientiam tantum petenti, addidit Deus,& amplissimas diuitias, vt quæ sapienter decreuisset ad exitum perduceret, alioquin sine illis nunquam templum eius, tam splendidè ac magnificè instaurasset; deinde in Ecclesia sunt viduæ ac virgines Deo sacratæ, quæ non possunt sine facultatum subsidio, vitam quietam & contemplatiuam traducere: sunt captiui & ærumnosi, quos redimere & misericordiæ officio subleuare oportet: sunt denique qui lectione, scriptis, concilio, publicis etiam legationibus, & huiusmodi officiis de republica Christiana optimè merētur, quæ tamen sine diuitiarum beneficio

beneficio præstare nequeunt: ac ita verũ est, quod docet Ambrosius, aurum habet Ecclesia, non vt seruet sed vt eroget, [h] quod si possidere diuitias, vt aduersarij volunt, malum esset & contra scripturam sacram aut Christi præceptum, homines tam seculariũ, quam diuinarum litterarum sine ambiguitate doctissimi, vt scribit Prorsper Aquitanicus [i] nunquam eas debuerant qui omnia sua reliquerant, retinere: nam sanctus Paulinus ingẽtia prædia vendidit, ac pauperibus erogauit, sed post factus Episcopus, non contempsit Ecclesiæ facultates, sed fideliter dispensauit. D. Hylarius, similiter omnia bona sua, aut parentibus reliquit, aut vendita pauperibus distribuit. Is tamẽ cũ meritò perfectionis suæ, fieret Ecclesiæ Arelatẽsis Episcopus, quod illa tunc habebat Ecclesia, non solum possedit, sed etiã acceptis fidelium numerosis hæreditatibus ampliauit: & idcirco, scientes nihil

h 12. q. 1. can. aurum habet.

i l. 2. de vita contempl. c. 9.

nihil aliud esse res Ecclesiæ, nisi vota fidelium, pretium peccatorum, & patrimonia pauperum, non eas vindicarunt in vsus proprios, sed vt commẽdatas pauperibus diuiserunt; hoc est enim possidendo contemnere, nec sibi, sed aliis possidere: hæc ille.] His addi possunt, innumeri propè, vitæ sanctitate & miraculis clari, qui amplissimos Episcopatus, & Abbatias possederunt: non solùm, sed & prædiis auxerunt etiam: inter quos in Ecclesia Moguntina, fuit Sanctus Bonifacius, & tantæ sanctitatis, vt per eum Apostolorum tempora rediisse crederentur: in Treuerensi quam Helena, Constantini mater, quæ de Treueris erat oriunda, mirificè dotauit reliquiis, & bonis temporalibus, numerantur nonaginta nouem, & amplius Archiepiscopi; ex quib. viginti quatuor sancti recẽsentur. In Coloniensi, sanctus Seuerinus,

Cubertus, Aymo, Argirophilus Martyr, & alij: in Leodiensi, sanctus Maternus, Humbertus, & Lambertus Martyr; in Ecclesia Laureacensi, sanctus Maximilianus, à sancto Sixto Pontifice consecratus Episcopus, circa annum Domini 227. in Ecclesia Pragensi magnificè dotata, sanctus Adalbertus. S. Procopius, qui opulentissimum habuit monasterium: in Ratisponensi, sanctus Vuolfangus, & Albertus magnus; in Constantiensi, sanctus Conrardus; in Tridentensi, S. Vigilius; in Cracouiensi in Polonia, S. Stanilaus, in Rhemensi sanctus Nicasius martyr, S. Remigius; qui ob amorem fratris sui Vedasti, in testamento reliquit Ecclesiæ Attrebatensi duas Villas: in cameracensi S. Vedastus, Gangelicus, Vindicianus: & ne longior sim in Gallia & cæteris orbis Christiani partibus copiosum admodum numerum deprehendemus, Cathedralium, Ecclesiarum, in quibus

magna

magna patrimonia, opida, ciuitates, castella fuerunt, & à sanctis viris & Episcopis pacificè per multos annos possessa hæc enim pauca, ex Septentrionalibus Prouinciis, ex industria tátum adducta sunt; quod ibi primò Vvicleffus & sectatores eius, non sine magno tumultu & hominum strage: virus suum & errorem sparsit ac incendium in res Ecclesiasticas excitauit: qui omnes non dubitarût possessionem bonorum temporalium in eũ quem diximus vsum retinere, quod iamdudum, licitum esse sancitum fuerat in prima generali Nicena Synodo, factâ iam Ecclesiæ, Constantini magni donatione: in qua inter 318. Episcopos, sanctitate celebres præter legatos sancti Sylueстri Papæ, hosium Episcopum Cordubensem, & Victorem, interfuerunt sanctus Nicolaus Myrræ Episcopus, Paphnutius Episcopus Egypti, qui non minus quàm Apostoli in vita miraculis claruit,

Spiridion Episcopus Cypri, ex ordine Prophetarum & alij.

Quàm diris execrationibus, ac pœnis subiaceant, qui iura Ecclesiarum violare, & bona vsurpare præsumpserint.

CAPVT V.



LVRIBVS, tam veterum, quàm recētiorum Authorum testimoniis, & exemplis constare potest, non peccare, vt Vvicleffistæ volunt, qui Ecclesiæ bona conferunt, aut oblata retinent, sed eos potius, & grauissimè: ob idque dira subire exitia, qui hæc sibi tollunt & in profanos vsus conuertunt: Imprimis verò si Ecclesiastica iura consulamus [a]: omnium antiquissima pœna excommunicatio est, quæ nunquam ferè, nisi ob aliquod insigne

a *De immunit. Eccles. in 6. c. quia & c. Clerici.*

ſigne ac letale delictum, quale eſt ſacrilegium ac rei ſacræ furtum infligi ſolet: quod Plato,[b] crimen diuinæ leſæ mageſtatis, & non modò peccatum, ſed pœnam peccati eſſe affirmauit: id eſt, ex aliis flagitiis proficiſci, vt potè, quibus homines iam facti à Deo alieni, in ipſum Deum peccare audeant, cui propterea, vt minimum omnium malorum, mors ipſa, aut ignominioſum exilium debeatur: Author eſt Plinius & alij [c], morem olim fuiſſe herbam cui nomen Ophiuſa, in Æthiopia naſci ſolitam, liuidam difficilémque aſpectu, & horridam, Sacrilegis bibendam proponere quâ epotâ, terrorem mináſque ſerpentium eis obuerſari, ita vt mortem inde ſibi conciſcant: niſi forte, quis malit id moraliter intelligi, de diris ac Furiis, quibus huiuſmodi homines quaſi ſtimulis ſceleratæ mentis agitati perpetuò, vſque

b *Dial.9. de leg. & Marſi. fici. ib.*

c *l.24. nat. hiſto. c.17. Alexan. ab Alex. l.3. genial. dier. c.5.*

ad internecionem & corporis interitum torqueantur: Nã & furiæ d horrendo aſpectu, igni ac flagellis accinctæ, tum verò ſerpentibus vndique ſicut comis circũſeptæ, à Poëtis fuiſſe deſcribuntur: vt hanc maleficis imaginationẽ iniiciant, futurum vt poſt mortem, delictorum pœnas exoluãt. Quidquid ſit Lucius Papa & Martyr ad Epiſcopos Galliarum, & Hiſpaniarum ſcribens: [e Res inquit, Eccleſiarum, & oblationes fidelium, quas ſignificaſtis à quibuſdam irruentibus vexari, vobis, & Eccleſiis veſtris auferri, indubitãter maximum eſt peccatum: qui ideò pecunias Eccleſiæ, aufert, fraudat, & rapit, homicida in conſpectu iuſti iudicis deputabitur: hoc fieri Prophetę, hoc Apoſtoli, hoc ſucceſſores eorum, & omniũ catholicorum patrum vetant decreta: quorum nos ſequentes exempla, omnes tales Eccleſiæ raptores atque ſuarum facultatũ alienatores, vnà vobiſcũ, à limini

d Fornutus. l. de nat. Deor.

e Ex l. 1. concil.

liminibus ſanctæ matris Eccleſiæ anathematiſatos Apoſtolica authoritate pellimus, damnamus atque Sacrilegos eſſe iudicamus.] Stephanus quóque Papa & Martyr [f] ita loquitur. [Omnibus per diuerſas Prouincias Epiſcopis in Domino ſalutem; Quidquid in ſacratis Deo rebus & Epiſcopis & Pręsbiteris iniuſtè agitur pro ſacrilegio reputatur, quia ſacra ſunt ac violari à quoquam nòn debent,] ac ne quis inanem tantum comminationē fuiſſe exiſtimet, cum ſanctus Hugo. [g] Linconienſis Epiſcopus, in Anglia, iniuſtis exactionibus & tributis, plus ęquo à Quæſtoribus Regis vexaretur: ita hoc remedio in eos vſus eſt & animaduertit, vt cùm ob id peſſimè illis omnia caderent, nemo ampliùs auſus ſit, etjam vrgente Rege in bona eius inuadere. Diuini libri teſtantur [h] Baltazarem. Caldęorum Regem ſacra vaſa ex Hieroſolimitano templo iam à patre eius

f Sup.

g Polydorus Virg. angli. Syſt.] l. 15.

h Daniel. 5. l. 2. Macab. c. 3.

Babylonem exportata irreuerenter & contumeliosè tractantem violenta ac repentina morte sublatum: Heliodorum verò eiusdem templi ærarium diripientem, flagris ac verberibus diuinitus cæsum, ac prostratum in terra, & vix ad preces. Oniæ Sacerdotis vita donatum fuisse, de Brenno Gallorũ duce memoriæ proditũ est[i] cum Apollinis templum in delphis expugnaret, inter hęc exercitum eius igne ac fulminibus de cœlo ictum fœdè ac misere profligatum esse ipsúmque breui, posteà proprio pugione sese interemisse; Deo, vel in falsa ac simulata religione, scelus hoc vlciscente. Pompeio magno ex qua die Hierosolymis templum Dei ingressus equorum suorum stramentis, & stercore conculcauit, nihil nisi infœliciter cessit. Carolum Martellum[K] ex reuelatione ac testimonio D. Eucherij Aurelianensis, Episcopi, traditum est, apud inferos

i Iusti. Histori. l. 24.

K Aemil. de gest. Frãcor. l. 2.

ros

ros in tormentis fuisse, nec corpus eius in sepulchro conquisitum, sed ingentem anguem apparuisse, quod licet de re Christiana contra Saracenos optimè meritus fuisset aliquot tamen Episcopos, & Ecclesias diuexasset ac bonis spoliasset. Refert Polydorus Virgilius; [l] Cum Ioannes Anglorum Rex, ciuili bello quod aduersus Principes & Optimates Regni gerebat, ingentem prædam in Septentrionali Insulæ parte, ex locis sacris & Monasteriis circumquaq; exegisset, & iam ad Nyna flumen peruenisset, in transitu illius, sacrilegum eius exercitum voraginibus, quæ ibi frequentes esse solent, propè totũ absortũ fuisse, ipsum verò cùm vix cum paucis emersisset, breui post tẽpore animi mœrore cõfectum interiisse. Simile est quod de Niuernẽsi & Cabillonensi Comitibus, Ecclesiasticis viris longè infestis, constanti famâ perfertur. [m] Ille enim transuerso

l *Anglia. hist. l. 15.*

m *Aemile. l. 5. de gest. Franco.*

& obtor

& obtorquente se sponte in posteriora vultu, expirauit: hic autem ab ignoto quodam equite, ex frequenti nobilium conuiuio in quo assidebat, per speciem colloquij euocatus, & repente in sublime elatus disparuit. His addi potest quod à paucis annis à fide dignis & qui se rei pręsentes interfuisse affirmabant accepi; Pagus est in comitatu Burgundiæ, cui nomen D. Renoberti, in cuius ædem, die sacrâ eiusdem, singulis annis, multi voti causa confluere solent; cùm itaque quidam ex iis per speciem oblationis, sacros nũmos, ex altari plena manu clam furatus esset, ac in peram demisisset, & egressus, ad ponticulum breui ab Ecclesia interuallo distantem peruenisset, noua res! ferunt eundem subito corporis langore, & infirmitate correptum ibidem substitisse: ac se se colligendi & restaurandi gratia cum sociis viæ in priorem locum recepisse, sed cùm iam tertiò

idem

idem & grauius malum experiretur, tum palam crimen suum agnouisse, ac reposita quam sustulerat pecunia Diuum orasse vt se illæsum & incolumen abire pateretur: Quod ne cui, mirum videatur, testis est Nicephorus, [n] fures illos, qui noctu in ouile, sancti Spiridionis prædaturi introiissent, postridie in eodem loco, manibus post terga diuinitus religatis, deprehēsos fuisse: quod iis certè metum ac terrorem debet iniicere, quibus iam non scelus, sed ludus est, si quid possint ab Ecclesiis & Ecclesiasticis viris tollere, & in rem suā conuertere: è regione verò, beatos ac fœlices extitisse legimus, qui Aras & Dei templa, résque Ecclesiasticas ab iniuria vindicarunt. Philippum Valesium [o] initio Regni, cum frequenti Gallicanæ Ecclesiæ ac procerum cœtu, pro libertate eiusdem ac iuribus conseruandis exoraretur, & iam indies, Regiis obsistentibus actio pro-

ducere

n l.8. Hist. Eccl. c.42.

o Aemil. de gest. Franco. l.8

duceretur, oratore Bertrando Heduorum Pontiefice hac ratione persuasum esse legimus meminisset, diē sacrum illuxisse, quo Beatus Thomas olim in Anglia, pro re simili, sanguinem suum profudisset, ac proinde Sacerdotes Dei, qui quotidie pro eius salute orarent, & sacrum facerent, tristes ab se & responso ancipites dimittere nollet, Regem verò ad hæc statùm respondisse: iura Ecclesiarum aucta potius, quam imminuta esse velim: ob ique, magnam apud suos pietatis laudem, & quod nemo ante eum consequutus, Catholici nomen promeruisse, sed de his satis digressi sumus.

Quæ

Nullam esse Auaritiæ aut Symoniæ labem, pro spiritalibus officiis aliquid recipere.

CAPVT VI.

POSTVLAT ratio, ac temporis conditio, vt ea quæ capite secũdo huiusce partis, de temporali, pro spiritalibus officiis, remuneratione, generaliter dicta sunt, paulò distinctius, & in specie explicentur, Maxime verò propter recentiores hæreticos, a qui Ecclesiæ præpositis, & Sacerdotibus, quoties pro Sacramentorum administratione, vel Missarum celebratione; pia fidelium vota; & eleemosynas accipiunt, sordium, Auaritiæ, cupiditatis, ac Symoniæ labem impingunt; eósque Iudæ proditori persimiles esse, & ex Missa nundinas facere, impudentius

a Caluinus inst. sec. 14. c. 18.

tius loquuntur. Id quóque nòn modò inter ſimpliciores, & parùm cautos Chriſtianos, ſed ipſos etiam Altaris Miniſtros, grauiores ſæpe ſcrupulos excitauit; quibus diluendis & excutiendis, quid hac de re, ex communi ac probabiliori Doctorum ſententia iudicãdum ſit, breuiter proponemus. In primis autem certum eſt (ſi præcisè loquamur) in Eccleſiaſtico officio, ſicut in aliis pleríſque duplicẽ reperiri obligationem: prior eſt iuſtitiæ, poſterior verò Charitatís: illa, rationem ac eſſentiam ſtatus, ac ordinis cui annexa eſt proximè conſequitur; nec omitti ſine culpa poteſt: hæc verò, cùm non ſemper obliget, ſicut & Charitatis præceptum, ſuſpendi aliquando ſolet. Parochus enim reſidere, Sacramenta adminiſtrare, verbum Dei prædicare, Miſſam celebrare, quoties populus cui pręeſt, ex præcepto audire tenetur, & ſimilia præſtare debet, ad quæ alius ſimplex Sacerdos

cerdos

cerdos vel Religiosus non adstringitur: Quamuis etiam ipsi Pastores & alij Sacerdotes ad hoc ordinati generaliter videātur, vt preces & Sacrificia pro fidelibus offerant, cùm frustrà esse ac otiosa non debeat hæc illis à Christo collata potestas; & reus sit seruus qui ex credita sibi Domini pecunia nullum vnquam fœnus reportarit. Quoties tamen id faciendum sit, nullo Ecclesiæ præcepto cōstat, nisi fortè confusè & in vniuersum; quamuis probabile admodùm sit quod plerique sentiunt, & colligi videtur ex capite Dolentes de celebratione Missarum; debere eos saltem in solemnioribus festiuitatibus quotannis celebrare; cuiusmodi sunt Pascha, Pentecoste, Assumptio Virginis, festum omnium Sanctorum, & Natale Domini, nisi aliunde ipsi ex voto, religionis alicuius instituto, aut fundatione aliqua ad id obligentur: eadem enim hic de sacrificio,

quæ de Communione sumenda, ratio videtur esse, quæ cæteris paribus eò vtilior est quò frequētior, siue vlla tamen, obligatione suscipiendi, nisi per modum cōsilij, excepta Paschali festiuitate & necessitate, vel mortis periculo. Cùm itaq; ad hanc functionem multa concurrere soleant, vt extrinseci & præcedentes labores, obligatio ipsa hìc & nunc, certo tempore, & loco celebrandi, quæ corporalis est & onerosa dispositio & apparatus, aliáque circonstantia & concomitantia quæ pretio aliquo æstimari possunt ac debent, fieri potest vt citra Symoniam, quis possit in eum finem per modum subsidij & eleemosynæ aliquid suscipere, nisi malit quis affirmare, quod valde probabile est, cōmutationem quandam hic esse, licet inæqualē rei temporalis pro spiritali, quæ in Ecclesia potest, esse & excōmunione illa quæ inter fideles, vt sunt vnius corporis
mem

membra, non solùm meritorum sed cuiuscunque alterius honesti boni ratione nascitur, prout in Dei gloriam & vtilitatem proximi refertur. Itaque cum non primò & per se, intuitu & ratione oblati pretij vel alicuius præcedentis pacti, sed secundariò tantum & velut accessoriè & minus principaliter, ad id ferantur & moueantur: non est quod quis eos criminetur, maximè cùm in lege Moysis solerent Leuitæ, & templi Ministri huiusmodi oblationibus & gratuitis donis sustentari. Idque colligi videtur ex Capitulo *significasti* de Præbendis & Canonistis in eumdem: vt verum sit quod habet Diuus Paulus, *nescitis quoniam qui in sacrario operantur de sacrario edunt, & qui Altari deseruiunt cum Altari participant.* 1. ad Cor. 9 Alioquin argumentum hoc facilè in aduersarios retorqueri potest, qui pro verbi Domini, quod vocant, ministerio, multò plura recipiunt ab iis

quos malè & in falsa religione. instituunt, quamuis in his omnibus quãtum fieri potest sordium & Auaritiæ suspitio declinanda sit, quàm Deus per Prophetam [c] his verbis detestatur: *quis est in vobis qui incendat Altare meum gratuitò?* & grauissimè in filiis Heli vindicauit. Res tamen honesta, propter abusum, absolutè tolli non debet: Sed neque quisquam fidelium est, qui hoc sibi non persuadeat, cùm in eum finẽ aliquid cõfert, & Ecclesia semper ita interpretata est. Ex quo sequitur quando aliquid Ecclesiæ confertur aut legatur, ea [d] conditione vt anniuersaria defunctorum, aut alia pia opera, certis tẽporibus ac locis fiant, nec dantes, nec accipientes Symoniam contrahere. Quamobrem, cùm ad honestam & decentem vitæ Ecclesiasticorum sustentationem, primitus concessi prædiorũ redditus, decimæ, ac census, nõ sufficiant; quis, nisi imprudens, hanc illis rationẽ subueniendi & consue-

c Mala. 1.

d Sect. quodlib. 20. Gab. in canon. missæ lect. 28.

tudinem improbabit, quæ laudabilis omnino eſt, & ex præcellenti Charitate proficiſcitur? Cum enim Charitatis ordo exigat, vt res amici digniotes maiori amore proſequamur, & ſtudio foueamus: Quæ maior poteſt exerceri Charitas, quàm in Miniſtros Chriſti, & diſpenſatores myſteriorum Dei? maximè cum ipſe polliceatur,[e] *qui Prophetā recipit in nomine Prophetæ, mercedem Prophetæ recipiet.* Itáque, licet ſacramenta liberè ſint conferenda, laudabilis tamen conſuetudo obſeruanda eſt, quæ cùm ex libera fidelium voluntate, in fauorem illorum qui illis ſpiritalia adminiſtrāt introducta ſit, & obligationē, inducat ad ſolutionē: ad id per ordinariū cogi poſſunt,[f] non quidem vt pretiū rei adminiſtratæ, quæ nec emi, nec vendi poteſt,[g] ſed vt ſtipendium debitæ ſuſtentationis, quod auferri nō poteſt. Adeò vt quoties Parocho, vel alteri Sacerdoti cōtingit aliquod

e *Matt.* 10.

f *D.Tho.* 2.2.q. 100. *A.* 1.*ad*.1.

g *Si Epiſ. de officio ordin.lib.*6.

Sacramentum, vel ſimile quid ſpiritale populo adminiſtrare, libenter id præſtare nec præcedens aliquod pa-ctum ſuper hoc inire debeat, poſtea ius ſuum repetere, & mercedem præſtiti laboris apud eos qui ius habent & authoritatem adiudicandi poteſt. Id enim definitum fuit in capitulo *ad Apoſtolicam audientiam* de Symonia, vbi vtrumque quod dixi exprimitur, ídque potiſſimum locum videtur habere in iis Eccleſiis, in quibus ſtipendia Clericorum vt plurimùm his laudabilibus conſuetudinibus & præſtationibus innituntur, alioquin alia ratione illis prouidendum eſſet, ſiquidem lõgo vſu & conſuetudine Parochiani ad hoc videntur ſe obligaſſe; ſi non expreſſè tacitè ſaltem & interpretatiuè. Nec valet ſi quis obiiciat conſuetudinem, quæ ex mera liberalitate profecta eſt nõ obligare ſemper, ac in vim Legis tranſire: Vt enim id verum ſit in iure

ciuili

ciuili, non tamen in hoc proposito, cum Ecclesiæ cõditio potior debeat esse & magis fauorabilis, quàm cuiuscunque alterius. Idem iudicium esse potest de multis aliis similibus, vt Ecclesiarum visitatione, procuratione, deportatione, & distributione sancti Chrismatis in diuersas ac distantes Parochias, quibus præter rem spiritalem onus aliquod corporale adiunctum est, & in bonum ac commoditatem eorum quibus confertur resultat. Pro quibus tamen etsi aliquid exigi possit, excessus tamen vitandus est, & ratione loci, temporis, ac personarum conditionis restringendus, ac moderandus; qua de re in iure Canonico constitutiones emanarunt,[h] quibus monẽtur ad hoc deputati, vt ita se prudenter ac sobriè gerant, vt non quæ sua sunt, sed quæ Iesu Christi, quærere videantur: ex quibus principiis facile solui possunt quæ in contrarium adferri solent.

h *Cap. cum Apo st. de cens. & exact.*

Quo pacto limitari poßit, ac debeat obligatio, pro corporalibus ſpiritalia erogandi.

Capvt VII.

Ex ſolutione præcedentis difficultatis, altera, & maior oritur. Si enim, vt dictum eſt, ex pacto licet aliquoties pro corporalibus quæ à laicis offeruntur, certum Miſſarum numerũ in Eccleſia, & ſimilium ſeruitiorum, certíſque locis & temporibus celebrare & exoluere; inde ſequitur aliquã obligationem ex commutatiua iuſtitia naſci: quæ debeat ſingulis muneribus præſtandis æquiualere ac reſpondere: cum tamen ex alia parte, ſi tenues adeò ſint & exiguæ eleemoſynæ, vt debito ſtipendio non ſufficiant, diſpenſari quis videatur

vel

vel in parte vel in toto, & excusari à promissi muneris executione: quod potissimum locum habet in Missarum celebratione, in quibus videmus, olim tam exiguas fuisse cõstitutas huiusmodi eleemosynas, seu malis stipendia vocare, vt si præsentis temporis ratio habeatur, quod tanquam ferreum prioribus, & aureis & argenteis successit, aliquo modo augeri & immutari sicut & aliarum omnium rerum pretia debeant: Nam si id fit in Republica ciuili, Ecclesiæ negari non debet, quæ ius habet & potestatem regulandi, & reformandi quidquid magis ad Dei honorem & fidelium vtilitatem expedire iudicauerit. Qua ratione igitur id fieri possit sine iniuria ac detrimento cuiusque, hic à nobis explicãdũ erit. Cõmunis ferè est & constans Theologorũ sentẽtia, sacrificiũ Missæ, si in se spectetur, sicut & meritum Christi cui proximè innititur,

tius loquuntur. Id quóque nòn modò inter ſimpliciores, & parùm cautos Chriſtianos, ſed ipſos etiam Altaris Miniſtros, grauiores ſæpe ſcrupulos excitauit; quibus diluendis & excutiendis, quid hac de re, ex communi ac probabiliori Doctorum ſentẽtia iudicãdum ſit, breuiter proponemus. In primis autem certum eſt (ſi præcisè loquamur) in Eccleſiaſtico officio, ſicut in aliis pleríſque duplicẽ reperiri obligationem: prior eſt iuſtitiæ, poſterior verò Charitatís: illa, rationem ac eſſentiam ſtatus, ac ordinis cui annexa eſt proximè conſequitur; nec omitti ſine culpa poteſt: hæc verò, cùm non ſemper obliget, ſicut & Charitatis præceptum, ſuſpendi aliquando ſolet. Parochus enim reſidere, Sacramenta adminiſtrare, verbum Dei prædicare, Miſſam celebrare, quoties populus cui pręeſt, ex præcepto audire tenetur, & ſimilia præſtare debet, ad quæ alius ſimplex Sacerdos

cerdos vel Religiosus non adstringitur: Quamuis etiam ipsi Pastores & alij Sacerdotes ad hoc ordinati generaliter videātur, vt preces & Sacrificia pro fidelibus offerant, cùm frustrà esse ac otiosa non debeat hæc illis à Christo collata potestas; & reus sit seruus qui ex credita sibi Domini pecunia nullum vnquam fœnus reportarit. Quoties tamen id faciendum sit, nullo Ecclesiæ præcepto cōstat, nisi fortè confusè & in vniuersum; quamuis probabile admodùm sit quod plerique sentiunt, & colligi videtur ex capite Dolentes de celebratione Missarum; debere eos saltem in solemnioribus festiuitatibus quotannis celebrare; cuiusmodi sunt Pascha, Pentecoste, Assumptio Virginis, festum omnium Sanctorum, & Natale Domini, nisi aliunde ipsi ex voto, religionis alicuius instituto, aut fundatione aliqua ad id obligentur: eadem enim hic de sacrificio,

quæ de Communione ſumenda, ratio videtur eſſe, quæ cæteris paribus eò vtilior eſt quò frequẽtior, ſiue vlla tamen, obligatione ſuſcipiendi, niſi per modum cõſilij, excepta Paſchali feſtiuitate & neceſſitate, vel mortis periculo. Cùm itaq; ad hanc functionem multa concurrere ſoleant, vt extrinſeci & præcedentes labores, obligatio ipſa hìc & nunc, certo tempore, & loco celebrandi, quæ corporalis eſt & oneroſa diſpoſitio & apparatus, aliáque circonſtantia & concomitantia quæ pretio aliquo æſtimari poſſunt ac debent, fieri poteſt vt citra Symoniam, quis poſſit in eum finem per modum ſubſidij & eleemoſynæ aliquid ſuſcipere, niſi malit quis affirmare, quod valde probabile eſt, cõmutationem quandam hic eſſe, licet inæqualẽ rei temporalis pro ſpiritali, quæ in Eccleſia poteſt, eſſe & excõmunione illa quæ inter fideles, vt ſunt vnius corporis

mem

membra, non solùm meritorum sed cuiuscunque alterius honesti boni ratione nascitur, prout in Dei gloriam & vtilitatem proximi refertur. Itaque cum non primò & per se, intuitu & ratione oblati pretij vel alicuius præcedentis pacti, sed secundariò tantum & velut accessoriè & minus principaliter, ad id ferantur & moueantur: non est quod quis eos criminetur, maximè cùm in lege Moysis solerent Leuitæ, & templi Ministri huiusmodi oblationibus & gratuitis donis sustentari. Idque colligi videtur ex Capitulo *significasti* de Præbendis & Canonistis in eumdem: vt verum sit quod habet Diuus Paulus, *nescitis quoniam qui in sacrario operantur de sacrario edunt, & qui Altari deseruiunt cum Altari participant.* 1. ad Cor. 9
Alioquin argumentum hoc facilè in aduersarios retorqueri potest, qui pro verbi Domini, quod vocant, ministerio, multò plura recipiunt ab iis

quos malè & in falsa religione instituunt, quamuis in his omnibus quantum fieri potest sordium & Auaritiæ suspitio declinanda sit, quàm Deus per Prophetam [c] his verbis detestatur: *quis est in vobis qui incendat Altare meum gratuitò?* & grauissimè in filiis Heli vindicauit. Res tamen honesta, propter abusum, absolutè tolli non debet: Sed neque quisquam fidelium est, qui hoc sibi non persuadeat, cùm in eum finē aliquid cōfert, & Ecclesia semper ita interpretata est. Ex quo sequitur quando aliquid Ecclesiæ confertur aut legatur, ea [d] conditione vt anniuersaria defunctorum, aut alia pia opera, certis tēporibus ac locis fiant, nec dantes, nec accipientes Symoniam contrahere. Quamobrem, cùm ad honestam & decentem vitæ Ecclesiasticorum sustentationem, primitus concessi prædiorū redditus, decimæ, ac census, nō sufficiant; quis, nisi imprudens, hanc illis rationē subueniendi & consue-

c Mala. 1.

d Sect. quodlib. 20. Gab. in canon. missæ lect. 28.

tudinem improbabit, quæ laudabilis omnino eſt, & ex præcellenti Charitate proficiſcitur? Cum enim Charitatis ordo exigat, vt res amici digniores maiori amore proſequamur, & ſtudio foueamus: Quæ maior poteſt exerceri Charitas, quàm in Miniſtros Chriſti, & diſpenſatores myſteriorum Dei? maximè cum ipſe polliceatur, [e] *qui Prophetã recipit in nomine Prophetæ, mercedem Prophetæ recipiet.* Itáque, licet ſacramenta liberè ſint conferenda, laudabilis tamen conſuetudo obſeruanda eſt, quæ cùm ex libera fidelium voluntate, in fauorem illorum qui illis ſpiritalia adminiſtrãt introducta ſit, & obligationẽ, inducat ad ſolutionẽ: ad id per ordinariũ cogi poſſunt, [f] non quidem vt pretiũ rei adminiſtratæ, quæ nec emi, nec vendi poteſt, [g] ſed vt ſtipendium debitæ ſuſtentationis, quod auferri nõ poteſt. Adeò vt quoties Parocho, vel alteri Sacerdoti cõtingit aliquod

e *Matt.* 10.

f *D.Tho.* 2.2.q. 100. *A.* 1.*ad.*1.

g *Si Epiſ. de officio ordin.lib.*6.

Sacramentum, vel ſimile quid ſpiritale populo adminiſtrare, libenter id præſtare nec præcedens aliquod pactum ſuper hoc inire debeat, poſtea ius ſuum repetere, & mercedem præſtiti laboris apud eos qui ius habent & authoritatem adiudicandi poteſt. Id enim definitum fuit in capitulo *ad Apoſtolicam audientiam* de Symonia, vbi vtrumque quod dixi exprimitur, ídque potiſſimum locum videtur habere in iis Eccleſiis, in quibus ſtipendia Clericorum vt plurimùm his laudabilibus conſuetudinibus & præſtationibus innituntur, alioquin alia ratione illis prouidendum eſſet, ſiquidem lõgo vſu & conſuetudine Parochiani ad hoc videntur ſe obligaſſe; ſi non expreſſè tacitè ſaltem & interpretatiuè. Nec valet ſi quis obiiciat conſuetudinem, quæ ex mera liberalitate profecta eſt nõ obligare ſemper, ac in vim Legis tranſire: Vt enim id verum ſit in iure
ciuili

ciuili, non tamen in hoc proposito, cum Ecclesiæ cõditio potior debeat esse & magis fauorabilis, quàm cuiuscunque alterius. Idem iudicium esse potest de multis aliis similibus, vt Ecclesiarum visitatione, procuratione, deportatione, & distributione sancti Chrismatis in diuersas ac distantes Parochias, quibus præter rem spiritalem onus aliquod corporale adiunctum est, & in bonum ac commoditatem eorum quibus confertur resultat. Pro quibus tamen etsi aliquid exigi possit, excessus tamen vitandus est, & ratione loci, temporis, ac personarum conditionis restringendus, ac moderandus; qua de re in iure Canonico constitutiones emanarunt,[h] quibus monetur ad hoc deputati, vt ita se prudenter ac sobriè gerant, vt non quæ sua sunt, sed quæ Iesu Christi, quærere videantur: ex quibus principiis facile solui possunt quæ in contrarium adferri solent.

h Cap. cum Apost. de cens. & exact.

Quo pacto limitari poßit, ac debeat obligatio, pro corporalibus ſpiritalia erogandi.

CAPVT VII.

EX ſolutione præcedentis difficultatis, altera, & maior oritur. Si enim, vt dictum eſt, ex pacto licet aliquoties pro corporalibus quæ à laicis offeruntur, certum Miſſarum numerũ in Eccleſia, & ſimilium ſeruitiorum, certíſque locis & temporibus celebrare & exoluere; inde ſequitur aliquã obligationem ex commutatiua iuſtitia naſci: quæ debeat ſingulis muneribus præſtandis æquiualere ac reſpondere: cum tamen ex alia parte, ſi tenues adeò ſint & exiguæ eleemoſynæ, vt debito ſtipendio non ſufficiant, diſpenſari quis videatur

vel

vel in parte vel in toto, & excusari à promissi muneris executione: quod potissimum locum habet in Missarum celebratione, in quibus videmus, olim tam exiguas fuisse cõstitutas huiusmodi eleemosynas, seu malis stipendia vocare, vt si præsentis temporis ratio habeatur, quod tanquam ferreum prioribus, & aureis & argenteis successit, aliquo modo augeri & immutari sicut & aliarum omnium rerum pretia debeant: Nam si id fit in Republica ciuili, Ecclesiæ negari non debet, quæ ius habet & potestatem regulandi, & reformandi quidquid magis ad Dei honorem & fidelium vtilitatem expedire iudicauerit. Qua ratione igitur id fieri possit sine iniuria ac detrimento cuiusque, hic à nobis explicãdũ erit. Cõmunis ferè est & constans Theologorũ sentẽtia, sacrificiũ Missæ, si in se spectetur, sicut & meritum Christi cui proximè innititur,

infiniti esse valoris: adeò vt per eum, hominum peccata, etiamsi numero & grauitate in infinitum augerentur, expiari possent ac remitti: Quẽadmodum si nummum aliquem cõcipiamus eiusmodi esse, vt sufficiens sit ad quascunque merces, quæ offerri possent coëmẽdas; infiniti quodammodo valoris iudicaretur; cum tamen non nisi finitus esse possit, quando & quoties pro emptione huius vel illius rei in indiuiduo applicatur. Ita planè Missæ sacrificium etsi infinitum limitatur quodammodo ex intentione speciali Sacerdotis illud applicantis huic vel alteri: ex determinatione tamen Christi, cui vt principali agenti, in sacramentis subordinatur, quíque certum gratiæ terminum definiuit cuilibet non ponenti obicem ex hoc sacrificio percipiendum, cum nemo possit esse capax infinitæ gratiæ. Hinc fit vt quãdo Sacerdos obligat se ad Sacrũ pro aliquo

aliquo in ſpeciali celebrandum maiorem fructum huius ſacrificij ei applicare cenſeatur, quàm ſi pro multis generaliter tantum, id enim ratio exigit vt efficaciores eſſe debeát preces & Sacrificia, quæ pro aliquo tantũ quàm quæ pro aliis in vniuerſum fiunt:ídque tam ex Chriſti exemplo, *Luc.22.*
qui pro Petro ſpecialiter orauit vt nõ deficeret fides eius, quàm ex vſu & *Act.12.*
praxi Eccleſiæ conſtat, quæ pro eodem vt à carcere liberaretur precata eſt, & vt etiam ſpeciales pro regibus & aliis preces inſtituerentur ordinauit: quod fruſtra fuiſſet ſi tantumdem valerent generales quam ſpeciales:Qui error fuit Vvicleffi, damnatus in concilio cõſtantienſi.[a] Cum *a Sect. 8.*
itaque Sacerdos obligat ſe pro aliquo ad Miſſam celebrandam ex ſpeciali hac intentione, nõ poteſt ſimul etiã & pro alio ſe obligare. Nec refert, ſi quis dicat huius ſacrificij fructum, vt potè ſpiritalem, ſimilem, eſſe lumini,

mini, quod ſine vlla ſui deciſione & immunitione pluribus communicari poteſt, ac ſpiritui qui pluribus locis indiuiſibiliter præſens adeſt: Illud enim neceſſariò fit & naturaliter, hoc verò ſacrificium ex voluntate Dei & prouidentia pendet, cuius eſt eum diuerſis per diuerſos gradus ac diuerſo modo per miniſterium Sacerdotis applicare: Quod confirmat exēplum allatum de ſpiritu: Licet enim pluribus locis indiuiſibiliter coëxitat, non tamē quoad omnem effectum, vt patet in anima, quæ in vna parte corporis nobiliori; modo operatur quam in alia, etiáſi omnibus coëxiſtat & æqualiter informet. Nihilominus tamen ſi res hæc moraliter expendatur & ſecundùm quandam iuris æquitatem, non ita obligatur Sacerdos vt non poſſit hunc ſacrificij fructum diuidere, & inadæquatè pluribus, etiam à quibus etiam ſpeciales in eum finem eleemoſynas

accipe

acceperit applicare: [b] si præsertim tenues admodùm nec debito stipendio correspondentes contingat esse: tunc enim vt partiales causæ ad hunc effectum concurrent plúsque de communi fructu Sacrificij percipient prout magis vel minus, cæteris paribus, contulerint: quod etiam locum habet quando hoc Sacrificium simpliciter spectata dignitate ipsius, quam vocant *ex opere operato*, pro multis generaliter offertur, qui enim maiori affectu & deuotione magísque dispositi inter sunt, maiorē quoque fructum recipiunt, neque tamen inde sequitur Sacerdotem ex hac speciali intentione pro hoc & illo offerendi ad aliquam restitutionem teneri. Síquidem nullus est restitutioni locus, nisi quando res aliqua inuito Domino tollitur aut detinetur rationabiliter quæ particula rectè adhibetur in definitione furti & ablatione rei alienæ

b *Setus de iust. & iur. qu. 3 art. 1.*

alienæ, quia multi occurrunt casus, in quibus non est iniustitia, vel restitutio fieri debet, etiamsi dominus rei id velit; quia scilicet debet velle rationabiliter: vt si quis quod suum est & ablatum fuit tollat, vel si rem leuissimam suffuratus esset, nō proinde peccatū lethale esset ratione materiæ, ac restitutioni obnoxium, si quis etiam cum maximo vel etiam maiori famæ, honoris, & fortunarum suarū detrimento deberet restituere; in eo casu cessaret obligatio restituendi, quoniam hæc restituendi forma & ratio inæqualitatem quandam in rebus constitueret, quæ repugnat iustitiæ præcipienti non plus reddendum esse quàm ablatum sit. Neque credibile est, eum qui olim ex legato & fundatione eiusmodi eleemosynam instituit, quæ tunc sufficiens admodum esset, voluisse in posterùm Ecclesiæ Præpositos, eorúmque successores eodem modo

mutata

mutata temporum conditione obligasse: vt enim aliqua promissio vel obligatio manere debeat, idem status rerum & personarum, qui tempore erat promissionis vel obligationis permaneat necesse est; vt hic locum habeat, quod dicitur, ea non venire in generalem concessionem, quæ verissimile est si in speciali essent aliquis non fuisset concessurus propterea meritò Doctores tres casus assignare solent, in quibus huiusmodi defunctorum legata, vel in parte vel in toto adimplere excusemur, quantumuis à prædecessoribus acceptata fuerint. Primus est, quando aliquo casu ita depereunt huiusmodi redditus, vt non sufficiant amplius pro debita ac decenti Ministri sustentatione, quamuis debeat quantò frequētius poterit, salua honestate, & debita deuotione quæ hic requiritur, sacrificare. Secundus est vrgens vtilitas, quæ ex successu temporis

poris aliquando prouenit, vt si dies illa quâ quis tenetur pro defunctis celebrare incidat in maiorẽ aliquam festiuitatẽ, nec occurrat alius Sacerdos, qui id præstare possit tunc enim minor obligatio cedet maiori, propter maius Ecclesiæ bonum. Tertius est, quando ex rationabili causa vel in parte vel in toto tollitur huiusmodi obligatio: sicut concessũ est in cõcilio Tridentino, Episcopis c vt id facere possint in Synodo Diæcesana & Abbatibus ac Generalibus ordinũ, in suis capitulis. Si enim Ecclesia potestatem habet interpretandi quæ sit apta materia Sacramentorum, voti, ac similium, quæ grauioris sunt momenti: multò magis in re præsenti: Maximè cùm ex hoc nulla tertio inferatur alicui iniuria, qui licet in eum finem specialiter eleemosynam instituerit, satis tamen abundè & plusquàm mereatur res oblata, imò & plus quàm alij, cæteris paribus, de

c Sess. 25. c. 4. de refor.

fructu

fructu huius Sacrificij participat: ac ita non tenetur ipse Minister tot sacrificia offerre, quot sunt numero à quibus eleemosynas accepit. Hoc enim discrimen est inter res corporales & spirituales, quòd in illis nō possit quis vnica solutione plura debita extinguere, vt verbi gratia, si quis cētum aureos alicui creditori pro amico persoluat, cui totidem alio titulo ipse debeat, non erit ob id à priori obligatione solutus; in his verò fieri potest vt vnica actione pluribus obligationibus satisfacere possimus; vt si alicui pro Sacramentali satisfactione imponeretur, vt certa die veneris ieiunet, in qua tamen tum ex voto, tū ex Ecclesię pręcepto ieiunare tenetur, vnica actione, & in qua tres simul species virtutis reperiūtur; Religionis, Obediētię, ac Iustitię, pluribus obligationibus satisfaciet, quinimò si spectetur hoc Sacrificium absolutè, tantum abest vt minuatur, quando

pro pluribus offertur, quàm si pro paucioribus etiam nominatim acceptis, quatenus est imperatorium, vt crescat potius eius dignitas, Deóque sit acceptius, quãdo pro multis quàm si pro vno tantum offertur, cum ex maiori Charitate proficiscatur pluré sque simul cum Sacerdote ad hanc oblationem suo modo cõcurrere videantur: alioquin laborandum esset iis potissimum Missis interesse in quibus minor est fidelium multitudo, quòd à ratione alienum est. Itaque hic locum habet quod docet Chri-
Matth. 20. stus; *Si ego bonus sum, quare oculus tuus nequam est, tolle quod tuum est*, quod à simili confirmari potest, ex Beatitudine cœlesti in qua singulis Beatis idem lumen gloriæ, inæqualiter tamen, & ratione meritorum ad videndum Deum communicatur: Neque propterea eis quidquam detrahitur de essentiali Beatitudine, cùm maioris non sint capaces.

Quæ

Quæ in cœlo Pastoribus præ aliis merces reposita sit.

CAPVT VIII.

POSTREMA; & omnium dignissima merces, à Pastore expetenda, æterna est fœlicitas, eò maior futura, quò plures eius labore & industria ad rectè piéque viuendi institutum traducti fuerint: hic enim locum habet, quod tradunt Theologi, Pastoribus ac Doctoribus (quæ duo vt plurimum simul coniuncta sunt, & reciprôca,) præter essentialem, & meritis cuiúsque adæquatam beatitudinem, accidétariam etiam, quam aureolam vocant, assignatam esse: insigne est imprimis apud Danielem a angeli testimonium; *qui docti fuerint fulgebunt sicut splendor firmamenti, & qui ad iustitiā*

Quo pacto limitari poßit, ac debeat obligatio, pro corporalibus ſpiritalia erogandi.

CAPVT VII.

EX ſolutione præcedentis difficultatis, altera, & maior oritur. Si enim, vt dictum eſt, ex pacto licet aliquoties pro corporalibus quæ à laicis offeruntur, certum Miſſarum numerũ in Eccleſia, & ſimilium ſeruitiorum, certíſque locis & temporibus celebrare & exoluere; inde ſequitur aliquã obligationem ex commutatiua iuſtitia naſci: quæ debeat ſingulis muneribus præſtandis æquiualere ac reſpondere: cum tamen ex alia parte, ſi tenues adeò ſint & exiguæ eleemoſynæ, vt debito ſtipendio non ſufficiant, diſpenſari quis videatur

vel

vel in parte vel in toto, & excusari à promissi muneris executione: quod potissimum locum habet in Missarum celebratione, in quibus videmus, olim tam exiguas fuisse cõstitutas huiusmodi eleemosynas, seu malis stipendia vocare, vt si præsentis temporis ratio habeatur, quod tanquam ferreum prioribus, & aureis & argenteis successit, aliquo modo augeri & immutari sicut & aliarum omnium rerum pretia debeant: Nam si id fit in Republica ciuili, Ecclesiæ negari non debet, quæ ius habet & potestatem regulandi, & reformandi quidquid magis ad Dei honorem & fidelium vtilitatem expedire iudicauerit. Qua ratione igitur id fieri possit sine iniuria ac detrimento cuiusque, hic à nobis explicãdũ erit. Cõmunis ferè est & constans Theologorũ sentẽtia, sacrificiũ Missæ, si in se spectetur, sicut & meritum Christi cui proximè innititur,

infiniti esse valoris: adeò vt per eum, hominum peccata, etiamsi numero & grauitate in infinitum augerentur, expiari possent ac remitti: Quēadmodum si nummum aliquem cōcipiamus eiusmodi esse, vt sufficiens sit ad quascunque merces, quæ offerri possent coëmēdas; infiniti quodammodo valoris iudicaretur; cum tamen non nisi finitus esse possit, quando & quoties pro emptione huius vel illius rei in indiuiduo applicatur. Ita planè Missæ sacrificium etsi infinitum limitatur quodammodo ex intentione speciali Sacerdotis illud applicantis huic vel alteri: ex determinatione tamen Christi, cui vt principali agenti, in sacramentis subordinatur, quíque certum gratiæ terminum definiuit cuilibet non ponenti obicem ex hoc sacrificio percipiendum, cum nemo possit esse capax infinitæ gratiæ. Hinc fit vt quādo Sacerdos obligat se ad Sacrū pro aliquo

aliquo in ſpeciali celebrandum maiorem fructum huius ſacrificij ei applicare cenſeatur, quàm ſi pro multis generaliter tantum, id enim ratio exigit vt efficaciores eſſe debeát preces & Sacrificia, quæ pro aliquo tantũ quàm quæ pro aliis in vniuerſum fiunt: ídque tam ex Christi exemplo, qui pro Petro ſpecialiter orauit vt nõ deficeret fides eius, quàm ex vſu & praxi Eccleſiæ conſtat, quæ pro eodem vt à carcere liberaretur precata eſt, & vt etiam ſpeciales pro regibus & aliis preces inſtituerentur ordinauit: quod fruſtra fuiſſet ſi tantumdem valerent generales quam ſpeciales: Qui error fuit Vvicleffi, damnatus in concilio cõſtantienſi.[a] Cum itaque Sacerdos obligat ſe pro aliquo ad Miſſam celebrandam ex ſpeciali hac intentione, nõ poteſt ſimul etiã & pro alio ſe obligare. Nec refert, ſi quis dicat huius ſacrificij fructum, vt potè ſpiritalem, ſimilem, eſſe lumini,

Luc.22.
Act.12.
a Sess. 8.

acceperit applicare: [b] si præsertim tenues admodùm nec debito stipendio correspondentes contingat esse: tunc enim vt partiales causæ ad hunc effectum concurrent plúsque de communi fructu Sacrificij percipient prout magis vel minus, cæteris paribus, contulerint: quod etiam locum habet quando hoc Sacrificium simpliciter spectata dignitate ipsius, quam vocant *ex opere operato*, pro multis generaliter offertur, qui enim maiori affectu & deuotione magísque dispositi inter sunt, maiorē quoque fructum recipiunt, neque tamen inde sequitur Sacerdotem ex hac speciali intentione pro hoc & illo offerendi ad aliquam restitutionem teneri. Siquidem nullus est restitutioni locus, nisi quando res aliqua inuito Domino tollitur aut detinetur rationabiliter quæ particula rectè adhibetur in definitione furti & ablatione rei alienæ

b *Setus de iust. & iur. qu.3 art. 1.*

alienæ, quia multi occurrunt casus, in quibus non est iniustitia, vel restitutio fieri debet, etiamsi dominus rei id velit; quia scilicet debet velle rationabiliter: vt si quis quod suum est & ablatum fuit tollat, vel si rem leuissimam suffuratus esset, nõ proinde peccatũ lethale esset ratione materiæ, ac restitutioni obnoxium, si quis etiam cum maximo vel etiam maiori famæ, honoris, & fortunarum suarũ detrimento deberet restituere; in eo casu cessaret obligatio restituendi, quoniam hæc restituendi forma & ratio inæqualitatem quandam in rebus constitueret, quæ repugnat iustitiæ præcipienti non plus reddendum esse quàm ablatum sit. Neque credibile est, eum qui olim ex legato & fundatione eiusmodi eleemosynam instituit, quæ tunc sufficiens admodum esset, voluisse in posterùm Ecclesiæ Præpositos, eorúmque successores eodem modo

mutata

mutata temporum conditione obligasse: vt enim aliqua promissio vel obligatio manere debeat, idem status rerum & personarum, qui tempore erat promissionis vel obligationis permaneat necesse est; vt hic locum habeat, quod dicitur, ea non venire in generalem concessionem, quæ verissimile est si in speciali essent aliquis non fuisset concessurus propterea meritò Doctores tres casus assignare solent, in quibus huiusmodi defunctorum legata, vel in parte vel in toto adimplere excusemur, quantumuis à prædecessoribus acceptata fuerint. Primus est, quando aliquo casu ita depereunt huiusmodi redditus, vt non sufficiant amplius pro debita ac decenti Ministri sustentatione, quamuis debeat quantò frequētius poterit, salua honestate, & debita deuotione quæ hic requiritur, sacrificare. Secundus est vrgens vtilitas, quæ ex successu temporis

poris aliquando prouenit, vt si dies illa quâ quis tenetur pro defunctis celebrare incidat in maiorẽ aliquam festiuitatẽ, nec occurrat alius Sacerdos, qui id præstare possit tunc enim minor obligatio cedet maiori, propter maius Ecclesiæ bonum. Tertius est, quando ex rationabili causa vel in parte vel in toto tollitur huiusmodi obligatio: sicut concessũ est in cõcilio Tridentino, Episcopis c vt id facere possint in Synodo Diæcesana & Abbatibus ac Generalibus ordinũ, in suis capitulis. Si enim Ecclesia potestatem habet interpretandi quæ sit apta materia Sacramentorum, voti, ac similium, quæ grauioris sunt momenti: multò magis in re præsenti: Maximè cùm ex hoc nulla tertio inferatur alicui iniuria, qui licet in eum finem specialiter eleemosynam instituerit, satis tamen abundè & plusquàm mereatur res oblata, imò & plus quàm alij, cæteris paribus, de

c *Sess. 25. c. 4. de refor.*

fructu

fructu huius Sacrificij participat: ac ita non tenetur ipſe Miniſter tot ſacrificia offerre, quot ſunt numero à quibus eleemoſynas accepit. Hoc enim diſcrimen eſt inter res corporales & ſpirituales, quòd in illis nō poſſit quis vnica ſolutione plura debita extinguere, vt verbi gratia, ſi quis cētum aureos alicui creditori pro amico perſoluat, cui totidem alio titulo ipſe debeat, non erit ob id à priori obligatione ſolutus; in his verò fieri poteſt vt vnica actione pluribus obligationibus ſatisfacere poſſimus; vt ſi alicui pro Sacramentali ſatisfactione imponeretur, vt certa die veneris ieiunet, in qua tamen tum ex voto, tū ex Eccleſię pręcepto ieiunare tenetur, vnica actione, & in qua tres ſimul ſpecies virtutis reperiūtur; Religionis, Obediētię, ac Iuſtitię, pluribus obligationibus ſatisfaciet, quinimò ſi ſpectetur hoc Sacrificium abſolutè, tantum abeſt vt minuatur, quando

pro pluribus offertur, quàm si pro paucioribus etiam nominatim acceptis, quatenus est imperatorium, vt crescat potius eius dignitas, Deóque sit acceptius, quãdo pro multis quàm si pro vno tantum offertur, cum ex maiori Charitate proficiscatur plurésque simul cum Sacerdote ad hanc oblationem suo modo cõcurrere videantur: alioquin laborandum esset iis potissimum Missis interesse in quibus minor est fidelium multitudo, quòd à ratione alienum est. Itaque hic locum habet quod docet Christus; *Si ego bonus sum, quare oculus tuus nequam est, tolle quod tuum est*, quod à

Matth. 20.

simili confirmari potest, ex Beatitudine cœlesti in qua singulis Beatis idem lumen gloriæ, inæqualiter tamen, & ratione meritorum ad videndum Deum communicatur: Neque propterea eis quidquam detrahitur de essentiali Beatitudine, cùm maioris non sint capaces.

Quæ

Quæ in cœlo Pastoribus præ altiis merces reposita sit.

CAPVT VIII.

POSTREMA; & omnium dignissima merces, à Pastore expetenda, æterna est fœlicitas, eò maior futura, quò plures eius labore & industria ad rectè piéque viuendi institutum traducti fuerint: hic enim locum habet, quod tradunt Theologi, Pastoribus ac Doctoribus (quæ duo vt plurimum simul coniuncta sunt, & reciproca,) præter essentialem, & meritis cuiúsque adæquatam beatitudinem, accidētariam etiam, quam aureolam vocant, assignatam esse: insigne est imprimis apud Danielem a angeli testimonium; *qui docti fuerint fulgebunt sicut splendor firmamenti, & qui ad iustitiā*

erudiunt multos tanquam stellæ in perpetuas æternitates: : quorum scilicet fulgore, iam nunc hominum mentes illustrãtur, expulsis inde geminis ignorantię & peccati Tenebris. Eò spectat & Emphasim habet, quod Christus de seruo fideli. b constituto super familiam Domini sui, ac vigilante affirmauit, hoc autem nomine, Præpositi Ecclesiarum intelliguntur, futurum non modò, vt beatum illum efficiat, sed etiã super omnia bona sua constituat, id est, vt interpretãtur Beda & Remigius, super omnia cœlestis regni gaudia, cùm tamẽ paulò ante de aliis seruis, quod lõge minus est, solũ dixisset, præcinget se, & faciet illos discũbere, & trãsiẽs ministrabit illis. D quoq; Paulus, ad Thessalonicẽses scribẽs, his se verbis consolatur, *quæ est spes nostra aut gaudium, aut corona gloriæ ; nonne vos estis ante Dominum?* [c] Ob similem, videlicet incrementi gloriæ, occasionem ac materiam : & vt obseruat

b *Abulens. quæst. 124. in Matth. Luc. 12.*

c *Ep. 1. c. 2.*

uat D. Hieronymus [d] [corona patrũ, gloria liberorum, & profectus populi epulæ Sacerdotum, & in gloria eorum ſuperbimus: porrò priuilegium hoc, & meritò extendi debet ad eos etiam Beatos, qui primi ſacri alicuius ordinis ac militiæ, in Eccleſia authores & promotores extiterunt, & quot quot cum illis aliquam habent ſimilitudinem; ij enim, iam peculiarem cognitionem, & lætitiam de illis habent, & hauriunt, qui in eo ſpiritaliter proficiunt, multò maiorem percepturi ex eorũ ſocietate, colloquio, amplexibus, ac ſimilibus beneuolẽtiæ & amoris teſtimoniis, quib. ſe mutuò afficient & proſequentur cùm eos æterna gloria ſimul pe f uentes ſecum excipiẽt. Quòd ſi Hæreſiarhis pœnã apud inferos nondum finitam eſſe, ac limitatã credibile eſt, quoniã incertus numerus eſt, qui eorũ veneno corrupti labẽtur & corruẽt, quis niſi imprudens, ſanctis hoc denegabit, ſi præmij

d *Tomo 6. oper. in c. 61. Iſai.*

ratio habeatur: congruum est enim, vt beati cuiúsque, secundum propriũ statum, iusta & rationabilia in cœlo, desideria expleantur; hoc autem totum valde conueniens fuisse, vel ex eo constare potest, quod vbi peculiaris est difficultas certaminis, ac victoriæ obtinendæ, propria etiam & distincta ab aliis debeat esse corona: ídque si in republica ciuili & Ecclesia militante obseruatur multò magis in cœlesti ac triumphante obseruari debuit, ad cuius speciem ac similitudinem hæc inferior ordinatur. At verò pugna, quam cum Diabolo inimus longè difficillima, ac molestissima est: quia vt obseruat etiam diuus Chrysostomus[e] ipsi maligni spiritus, non interruptam & iteratam, sicut cæteri hostes. Sed continuam aduersus nos pugnam exercent, tótque ac tam multos laqueos prætendunt & insidias, vt etiam si aliquot & plures declinaueris,

e *l. 6. dial. c. 3.*

ris,

ris, in vnam tamen aliquam vel incautè incidas necesse sit, nisi continuo diuinæ gratiæ præsidio fulciaris. Hanc autem victoriam diuinæ prædicationis, ac doctrinæ, quæ Pastoris ac doctoris propria est, beneficio consequimur, cuius spiritali fumo ex ardenti & profunda passionis Christi meditatione, sicut sacri piscis iecore carbonibus incenso exhalante, genus omne Dæmoniorum infestantium à nobis procul arcetur & expellitur Quanquam & aliæ duæ, virginum scilicet & Martyrum aureolæ, cum priori in vno eodémque simul coniunctæ esse possunt, vt in Christo fuerunt, & aliis plerísque: Si præter docendi munus, illibatam virginitatem coluit, & vt bonus Pastor animam pro ouibus suis posuit. Tribus quóque virtutibus, prudentiæ, temperantiæ, ac fortitudini respondent, quas pastoris maximè proprias

esse ostendimus quibúsque tres hominis appetitus, rationalis, concupiscibilis, & irascibilis perficiuntur. Accedit, quòd pastoribus noctu super gregem suum vigilantibus, Christus, non modò prima diuinitatis suæ mysteria reuelasse, sed mirabili etiam & inusitata claritate circumfulsisse legitur, vt ostenderet illos primitias gloriæ suæ, & maiorem præ aliis ortus sui fructum habituros; qui communicati sibi à patre consilij, & officij consortes, & cooperatores constituti, tam vtili ac necessaria, ne dicam honorifica, pro Deo apud homines legatione sedulò, ac ritè fungerentur: nam si facies Moysis, ex diuino in monte colloquio, cornuta apparuit, ita vt non possent filij Israël in eam, propter emicantẽ inde splendorem intueri, quantò & longè ampliori lumine gloriæ eorum mens & anima in cœlo splendescet ac effulge

effulgebit, in qua prius velut in mundo ſpeculo diuinarum rerum imagines receptæ, ſanctitatis ac doctrinæ miniſterio in alios multiplicato gratiæ talento & fœnore transfuſæ fuerint; quibus inquam, & quàm fauſtis congratulationibus, ab Angelis & ſingulis Beatorum ordinibus excipientur, per quos vt adiunctos ſibi miniſtros, & procuratores humanæ ſalutis, Chriſtus quæ collapſa erant inſtaurauit, cum quibus proinde, vt principibus populi ſui, ac Ducibus, optima & ampliſſima de communi hoſte diuider ſpolia. Quæ omnia ac ſingula diù meditata, & diligenter perſpecta, animos eorum qui animabus in Eccleſia præſunt, ad omnem pietatis cultum & obſeruantiam, & quoſcumque labores perferendos, ita mouere & inflammare debent, vt ſpreta vili & conculcata vitæ huius voluptate, ac lætitia.

illam solum appetant & sectentur, quæ sibi in altera tam, magna ac sublimis, ne dicam incorrupta & immarcessibilis, à Deo proponitur: & ita vt de iis iam nunc vere dici possit ac debeat; quod sanctus Leo Papa scripsit:] [g] Beata mens quæ peregrinationis suæ tempora, casta sobrietate transcurrit, & in iis per quæ necesse est eã ambulare, non remanet vt hospita magis quam Domina terrenorum, nec affectibus est innixa humanis, ne promissionibus desit diuinis, at quis non infirmatur in carne? quis nõ forsordescit in puluere? & quis est homo, qui possit sequi Regẽ factorẽ suum? vel tantæ est raritatis, vt illis non polluatur, sine quibus vita non ducitur?] Sed nec hæc pastori metum iniicere, spem imminuere aut eius cursum retardare debent.

[g] Hom. 11. in quadrages.

[Confido enim Chisto, vt verbis vtar D. Chrysostomi, [h] qui vocauit te, & præposuit ouibus suis, quoniam tantam

[h] l. 6. Dial. c. vlt.

tantam apud eum confidentiam de hoc munere consequeris, vt nos quoque die illa periclitantes in æternum secum recipiat tabernaculum.] Causam eius agimus quam non deseret, vices eius, & rem gerimus quæ sibi cordi est dũ oues illius, licet indigni, pascimus: alioquin si oblatam semel eius gratiam respuamus, ac promerendæ tantæ fœlicitatis occasionem prætermittamus, fieri poterit & sæpe fit, vt cum aliis ad conscendendum ac rapiendum cœlum, Duces & Impulsores fuerimus, ipsi animo fracti, & torpore iacentes, vel nostris potius demeritis exclusi ab illo, turpiter ac miserè lugeamus, & tam pretiosi ac infiniti boni amissione perpetuò cruciemur.

Errata quæ i nhoc libro irrepſerunt ſic lege.

PLurimum.l.plurium.p.8. ipſi.l.ipſe.p. 17.ſubſtantia.l.ſubſtantiam.p.18. cēſus.l.ſenſus. p.21.quæ, l.quia 24.cōſcectātur.l.conſectantur.p.29.Clementes.l.Clemēte.p.37.paucioribus.l.potioribus. p.38. ceſſione.l.ſeſſione.p.46.iis.l.is.p.48.ſollicitas.l.ſollicitus.p.53. in margine, poſt vltimum,adde, Caput.p.59. in Margine tolle Polidorus p. 72. Accediſſe. l. accidiſſe.p. 73.in margine pro cap.l.quæſt. p.76. Nullius. l. nullus. p.76. in margine pro 18. l. 181.p.76.incorruptum.l.in corruptum. p. 76.Athanacium.l.Athanaſium.p. 82. poſt ab,adde hoc p.82.hærecticus. l. hæreticus p.85.quæ.l.quia p.93. in margine pro 5. l. 56.p.93.imitamur.l. innitamur.p. 103. poteſtās.l.poteſtas. p.118. palleis.l.paleis.127. ſe. l.ſed.158.



INDEX CAPITVM.

PARS PRIMA.

De origine, progressu, & forma Hierarchici ordinis. pag. 1.

Præ

PARS SECVNDA.

De requisitis in hoc ordine hierarchico virtutibus. p.95.

PARS

PARS TERTIA.

De multiplici in ordine Hierarchico præsidentium remuneratione. 196.



INDEX RERVM, ET SENTENTIARVM.

A

Charitas

C

D

E

T

In

P

Salis

T

V

FINIS.

Approbationes Doctorum.

NIhil à Fide Catholica alienum, hoc opus, quod Speculum Hierarchici ordinis inſcribitur, habet: & multa quæ dicit ad illius rationem & integritatem pertinentia ſana ſunt, & Canonica: ita probo. Actum Lugduni.

F. ROBERTVS BERTHELOT,
Epiſcopus Damaſci.

IOhannes Claudius de Ville, in Sacra Theologia Magiſter, & diuini verbi Prædicator, in Sancti Pauli huiuſce Ciuitatis Canonicus, & in hac Lugdunenſi Diocœſi à Domino Dioniſio Simone de Marquemont, Illuſtriſſimo & Reuerendiſſimo Archiepiſcopo, in librorum cenſuram incumbere iuſſi; fidem facimus nos hoc Speculum Hierarchici ordinis, Authore *Iacobo Matal*, &c. legiſſe, nihilque in eo à Catholica, & Romana fide alienum, quinimò doctrinam ſanam, & Chriſtianæ Eccleſiæ, ſanctis Patribus conformen à nobis animaduerſum. Lugduni, apud Sanctum Paulum.

I. CLAVDIVS DE VILLE.

NOS THOMAS DE MESCHATIN DE LA FAYE Camerarius Canonicus, & Comes Ecclesię Lugdunẽsis Cõsiliarius in suprema Parlamẽti Dumbarũ Curia, Officialis Primatialis, & Vicarius generalis in spiritualibus & temporalibus Illustrissimi & Reuerendissimi in Christo Patris nostri, Dionysij Simonis de Marquemont, miseratione diuina, & sanctæ Sedis Apostolicæ gratia, Archiepiscopi & Comitis Lugdunensis, Galliarum Primatis, ac in supremo Regis nostri Christianissimi Consilio Consiliarij; Visâ Theologorum Approbatione, hoc opus, quod Speculum Hierarchici ordinis inscribitur excudi permittimus.

THOMAS DE MESCHATIN LA FAYE. V.G.

VEV les Attestations susdites, ie consens pour le Roy, l'impression du present liure estre faicte, auec defences de l'imprimer, sans le consentement de l'Autheur, pendant six ans, sur la peine de Droict.

BOVILLOVD.

VT Hierarchici ordinis liber in lucem prodeat, facultatem concedimus, & ne quis Bibliopola Lugdunensis, sine consensu Authoris eundem librum prelo mandet, vetamus.

DV SAVZEY.

